



Ea. 119.

APOLLONII RHODII
CATALOGVS
ARGONAVTARVM

COMMENTARIO PERPETVO
ILLVSTRAVIT
ERNESTVS FRIEDERICVS KRAVSE
A. A. LL. M.

HALAE
EXCVDEBAT JOH. GODOFREDVS RVFF
MDCCXCVIII.

APOTHEONI THOMI
CATALOGUS

ARMENIATURM



STADT HANAU
1750

V I R O

ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO
GENEROSSIMO

D O M I N O

HENRICO FERDINANDO
DE ZEDTWIZ

CONSISTORII ELECTORALIS SAKONICI, QVOD DRESDAE
FLORET, PRAESIDI

PATRONO SVMMA PIETATE
COLENDO

VIRIO

TRISTISIMO, EXCELENTESSIMO

GENEROSSIMO.

DOMINO

HENRICO EREDINANDO

de SPESCHIUS

CENSIT IN LIBEROGRAFIA ROMANICIS, QVAM PESSIMA

EST ET TERRIBILIS.

LATERIONO SUMMA LIBETATE

EGORINDO

V I R O

MAGNIFICO AC SVMME REVERENDO

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

SE. THEOL. DOCTORI CELEBERRIMO
SENATVS ECCLESIASTICI SAXONICI, ITEMQUE CONSISTORIE
SVPREMI CONSILIARIO, ET RERVM SACRARVM
SVPERADTENDENTI GENERALE

PATRONO PIE VENERANDO



VIRGO
MAGNIFICO AC SUMMO REVERENDO
CERULO CHRISTIANO
TITTMANNIO

DE THEOLOGI MAGISTRI CEREBERRIMO
SEMPLA SCIENTIA DI SAKRUM ET SACRAE CONSTITUTIONI
SACRAE CONSTITUTIONI ET RERUM SACRAVM
SCHEPHERDINBENI GENITIVI

LATRICO PLE ADVERBANDO

V I R O

MAGNIFICO AC SVMME REVERENDO

FRANCISCO VOLKMARO

REINHARDO

SS. THEOL. DOCTORI CELEBERRIMO

SENATUS ECCLESIASTICI SAXONICI, ET CONSISTORII

SUPREMI CONSILIARIO ET CONCIONATORI AVLICO

PRIMARIO

ANWANDERSEILOV. SICCEMEN 1737

PATRONO SVMMOPERE COLENDO

VIRIO

MAGNIFICO AC SUMME REVERENDO
VIRIS MERITORVM
ERANICCO VOLKMARO
IN REMPVBLICAM ECCLESIASTICAM ET
LITERARIAM ET MVLTITVDINE ET
MAGNITVDINE FLORENTIBVS
SACRVM ESSE HOC QVALEGVNQVE
ANIMADVERSIONVM SPECIMEN IVSSIT

ERNESTVS FRIDERICVS
KRAVSE.

... etiam consilium capiebam, edendi atque
illustrandi hoc exquisitissimi ingenii monumen-
tum. Sed raritas supellectilis librariae, penu-

Longum foret vniuersas enumerare ac singu-
las causas, quibus adductus hoc animaduersio-
num specimen edere sim ausus. Praecipue ra-
men in causa haec sunt. Cum primum ad Ar-
gonauticorum Apollonii lectionem accessisse,
summa carminis praestantia arque singularis
dulcedo tantopere animum cepit, ut vel saepius
repetita lectio satierat facere nullo modo
posset. Iam vero cum viderem exactissimum,
omnibusque numeris absolutum hoc Alexandri-
ni rhetoris opus adeo iacere neglectum, ut
etiam iniqua haud raro virorum doctorum subi-
isser iudicia, ardore, ut fit, iuuenili abreptus,
iam tum consilium capiebam, edendi atque
illustrandi hoc exquisitissimi ingenii monumen-
tum. Sed raritas supellectilis librariae, penu-

ria otii, aliis longe, iisque huic studiorum gene-
ri dissimilimis laboribus impendendi, inpri-
misque sensus ingenii tantae ac tam arduae rei
rite peragendae imparis, atque nata inde vere-
cundia non modo opus iam incepturn retardab-
tant, verum etiam vniuersum istud consilium
plane abiicere suadebant. Neque profecto un-
quam consilio amicorum, nimis fortasse indul-
gentium, induci me passus essem, ut laborem
olim iam sepositum resumerem, nisi aliae quae-
dam res parere me monitis eorum, atque hanc
certe particulam in lucem edere, iussissent.
Omnino autem tot sunt ac tantae huius carmi-
nis dotes, tam insignes virtutes, ut difficile
sit, commentarium non scribere. Etenim con-
stat quidem inter omnes, Homerum in primis
propositum fuisse exemplum, ad quod reliquo-
rum poetarum, in his lyricorum atque epico-
rum, carminum indoles fere diiudicaretur.
Qua in re, quin vere ac recte iudicauerint viri
harum rerum periti, quis dubitauerit? si
modo partim recordati fuissent eorum, quae
acutissime iam Cicero, hanc in rem differuit,

in poetis non Homero soli locum esse, aut Archilochus
aut Sophocli, sed horum vel secundis vel etiam infra
secundos, partim seculis quo poeta floruerit et
consiliis atque argumenti carminis semper habuissent
rationem. Nam Homerus, qui, quod
imitaretur, exemplum non inueniret, ideoque
ipse ad hoc carminum genus viam patefacere
atque munire deberet, ipsa natura duce usus,
suique ingenii viribus fretus, mira quadam in-
tueniendi facilitate omnes epicorum carminum
auctores adeo vicit, ut pauci cum eo componi,
nullus ei praeferriri mereretur. Attamen cum
vel sic non pauca apud illum reperiantur, quae
rectius constituta, aptiusque inuicem nexa non
parum dulcedinis atque splendoris addere car-
minibus possint, cum ipsa eius oratio, quam-
uis celsa et elata, tamen rudis interdum sit er-
incomta, posteriorum seculorum poetae, rerum
inueniendarum necessitate atque labore exem-
ti, vnice connectendis inter se fabulis iisdem
que culta ac terfa oratione enarrandis operam
nauabant.

Ab hac igitur parte spectatum Apollonii nostri carmen inter eximia artis ingeniique monumenta referendum esse, quilibet fareatur necesse est. Siue enim spectaueris copiam fabularum, vniuerso carmini intextarum, siue artificium, quo singulas, quamquam haud raro admodum diversas ita reliquae orationis seriei inserit, ut quaelibet suo, non alieno loco positâ, et vero etiam hue non alio ponenda videatur, non doctrina tantum hominis, praeceptis rhetoricae artis imbuti, sed ingenium etiam poetae, inter aequales longe eminentis, erit iustis laudibus praedicandum. Cuius quidem generis episodia sunt, vbi poeta Phinei miseras, Harpyiarumque ejectionem narrat (II, 178.); aut vbi Cupidinem cum Ganymede facit ludenter (III, 114.); aut vbi de Euphemis gleba refert, ex qua deinde insula fuerit nata (IV, 1731.); et alia multa, quae tanta arte cum ipsa itineris narratione cohaerent, adeo ex re ipsa nata reperiuntur, ut vix episodiorum naturam habere videantur.

Iam cum permagna carminis, in primis
epici, pulchritudo cernatur in similitudinibus
rerum, per se disiunctarum inueniendis, at-
que imaginibus effingendis, quibus vel facilius
concipiat mens lectoris ideam rei, de qua nunc
agitur, claram et distinctam, vel in certum
quasi locum constituatur, ex quo res proposita
considerari debeat, si recte auctoris mentem
capere velit, vel omnino gaudium legentis ex-
citetur et alatur, atque exspectatio illius magis
magisque incendatur, hac quoque in re Apol-
lonius Homerum ita secutus est, ut quodam-
modo etiam vicisse recte dici possit. Cum enim,
quas hic proposuit, similitudines per se quidem
satis aptae sint, ita tamen, ut non semper tan-
tarum rerum et personarum, quibus compa-
rantur dignitati satis respondeant, illius colla-
tiones rerum personarumque nobilitati vbique
fere conueniunt. Quantus enim, ut hoc vtar,
splendor et dignitas accedit Iasoni, cum sociis
ex urbe proficiscenti, ubi eum cum Apolline
ipso comparatum legimus I, 306.; nec minus
venustas et pulchritudo eius illustratur eo, quod

stellae splendenti componitur I, 774. Eodem modo turba muliercularum Lemniadum, abi-
tum herorum lugentium aptissime confertur ex-
mini apium lilia circumstrepentium I, 879.
Addi potest praestantissima imago, qua amor
Medeae paullatim crescens, sensimque in maius
auctus comparatur torrenti, quo paleae apposi-
tae consumuntur III, 291.; porro Aetes, con-
sidens iudex certaminis Iasonis comparatus cum
Neptuno III, 1240. cf. etiam III, 1386. IV,
1280. II, 541. et infinitae aliae, quas, ne fi-
nes praefationi scriptos migrem, inuitus omit-
to. Praeterea, cum Homerus ingenio poetico
nimium abreptus in eiusmodi imaginibus re-
praesentandis saepius modum excedat, Apollo-
nius semper intra limites ita consistit, ut non
nisi ea proferat, quae ad rem ipsam illustran-
dam pertinent, utque adeo singulae imaginis
partes ipsi rei plane respondeant.

Etiam in moribus hominum describendis,
characteribusque exprimendis praeclarum et
excellens ingenium Apollonii elucet, quippe

qui non modo talia agentes canat heroes, quae personis ipsorum sint digna atque conuenientia, sed etiam eiusmodi orationibus eos ut iubeat, quae talia sentientes, talia cogitantes maxime deceant. In vniuersum enim iuuenes, expeditionis socii, sunt pii, humani, faciles, comes, iusti, gloriae cupidi, fortes, laborum patientes, principis imperio parentes, prudentes. Singulatim vero admirari licet *Iasonis*, principis huius expeditionis, constantiam et grauitatem, quae nec difficultatibus longi et periculosi itineris, nec matris precibus, moueri potuerit, quin promissis regi datis penitus satisfaceret, eiusdemque cum in deos, tum in homines summam pietatem. Praecipue sensuum humanitatis, castique amoris, cuius exempla tantopere in Homeri carminibus desiderantur, multa documenta proposuit Apollonius. Enimuero neminem fugit, heroes, quorum mentio sit apud Homerum, plerosque esse superbos, inuidos, crudeles, proteruos, adeo ut nec deorum metu ac reuerentia in aliam sententiam duci se sinant. Qua quidem in re, quamquam

nullo modo Homerus reprehendi iure potest, quippe quem seculi sui indolem exprimere voluisse constat, tamen vel sic nemo Achillis implacabilem iracundiam et crudelitatem, aut Agamemnonis superbiam, temeritatem, imprudentiam et libidinem, aut Paridis lasciuiam laudauerit. Quis vero non probet Iasonis placabilitatem atque clementiam qui grauiter laesus Telamonis conuiciis, atque vix toleranda iniuria affectus, tamen amico adeo non irascebatur, ut etiam eius studium et benevolentiam erga Herculem, iustis laudibus celebraret. Quis non admiratur prudentiam Orphei, qui animos iuuenum, ad contentiones atque pugnas surgentium, cantu suo mitigabat? Huc pertinent etiam sensus illi humanitatis et misericordiae, in consolandis atque adiuuandis aerumnosis et fortuna aduersa afflicti, v. c. Phineo, filiis Phixi et aliis. In primis vero magna laude extollenda est ars poetae, in iis locis, ubi moliores istos amoris sensus depingere atque ob oculos ponere studet, quales sunt praestantissimae atque ingeniosissime

mae

mae illae amoris Medeae descriptiones, quibuscum amor Hypsipylae conferri meretur. 110
 Quae quidem omnia, quemadmodum non parum voluptatis lectoribus afferunt, ita maximum admirationem in animis eorum excitari arguento carminis vniuersi nemo dubitauerit. Etenim magnum sane et arduum, atque admirandum erat facinus Iasonis, qui primus iter facere per mare, Graecis certe, prorsus ignotum andebat. Magnae porro sagacitatis, et sapientiae non vulgaris erat iuuentio natiis longae, quinquaginta remis instructae, quae tam diuturnae, magnisque molestiis et periculis expositae expeditioni sufficeret, adeo ut non humani consilii, sed ipsius Mineruae opus esse crederetur. Nec minus admirari oportet virtutem et constantiam nobilissimorum iuuenum, qui vel vltro tantos labores, tanta vitae salutisque discrimina subire ac perferre sustinuerint; itemque audaciam eorum et robur animi et corporis, qui per Cyanea saxa vehi non dubitarint, atque humeris etiam aliquando ipsam nauem per longum terrae continentis tractum portarint. Iam cum Homerus, quae erat sui, superiorumque seculorum opinio, omnes etiam minimas hominum actiones non nisi deorum

nutu atque interuentu fieri posse putaret, accidit ut in utroque ipsius carmine nil agatur ab Achius aequa ac Troianis nisi iubente, suadente, et vel adiuuante aliquo deo. In quo quidem hoc in primis spectasse apparet, ut admirationem auditorum et lectorum sibi compararet, quaespes adeo eum non secessit, ut non sibi tantum, sed posteriorum etiam seculorum laudem suo quodam iure assecutus sit. Aliam tamen rationem iniisse conspicitur Apollonius, qui ut hac quoque re laudem et plausum caparet legentium, deos deasque hominum actionibus interuenientes finxit, ita tamen ut ipsa facti raritas admirationem magis augeret, cum rebus tautummodo difficilibus, ubi non nisi magno ac diuino auxilio res confici posset atque expediri, interesse eos iusserrit, qualis est Minervae apud petras Cyaneas; Iunonis, Veneris et Cupidinis sub aduentum Iasonis in regia Aetate; Thetidis ad Scyllam et Charybdim; quibus narrationibus dici non potest, in quos et quam varios affectus rapiatur animus, quantum metum, spem, laetitiam, tristitiam, horrorem, desperationem, aliosque motus admodum diuersos concipiat legentis mens.

Hue accedit, in quo non minimus est huius carminis ornatus, quod ista omnia extutit poeta oratione nitida et eleganti, sed simpli- ci. Omnino hanc sibi legem scripsisse videba- tur Apollonius, vt cum in oratione ipsa, tum in fabulis et historiis narrandis breuitatem sectaretur, nec quidquam commemoraret, quod non omni ex parte ad rem faceret, vnde appa- ret natas esse formalas, ἀλλὰ τι μύθους — Χρειώ με διηνεκέως αἰγορεύειν; item, ἀλλὰ τὴν με πάλιν χρειώ ἀλιτέσθαι, μαντοσύνη τὰ ἔκαστα διηνεκὲς ἐξενέποντα; porro, ἀλλὰ τὴν τάδε τοι μεταμόνια πάντ' αἰγορεύω, et alias. Sed ex eodem etiam fonte haud dubie pro- manauit ambiguitas illa sententiarum, cuius exemplum in hoc ipso Argonautarum catalogo occurrit. Caeterum in verbis singulis aut iunctus nihil reperias, quod abhorreat ab graeci sermonis cultu et elegantia, nullum vocabulum obsoletum vel auribus ingratum, imo, vti cerre nunc, post Brunckii, viri graece doctissimi, et Beckii, V. C., cuius in me meritorum multitudinem nulla vñquam aetas obliterabit, curas habemus poetam, pu- rissima etiam hoc in genere incedit oratio, adeo ut summa cura, et studio grammatici Doctissi-

mi laudem ruitus esse recte dici possit. Neque vero putauerim, simplicitatem in ipso itineris cursu, eiusque eventibus explicandis, adhibiti, qua nude tantum, ac sine vlla varietate rem quamlibet exponit, vitio verti poetae recte a quoquam posse, cum ipsa rei natura talem dicendi modum postulare videatur. At quanta est, quamque admirabilis suauitas et elegancia orationum, quibus heroes, aliquie, sensa animi exprimere student, quam aptae et convenientes sunt moribus et consiliis et cogitationibus vniuerscuisque. Quam mollis et ad matris piae dolorem exprimendum aptissima est Alcimedae oratio, non modo vniuersa, sed etiam si species singulas enunciationes ac voces. In oratione autem Amyci singula fere verba superbiam hominis et arrogantiam videbantur arguere, cuius totum characterem uno versu acutissime expressum videas:

κέκλαθ' αλίπλαγυτοι, τάπερ ιδμεναι ὑπομνήσκεν

etiam in ipsa rei gestae expositione fastus hominis perquam ingeniose repraesentatur eo, quod, cum Pollux ante ipsum certamen periculum fecerit agilitatis manuum, additum legitur, οὐ μᾶς αῦτ' Αμυκος πειρήστατο. Iam quae sequitur narratio de miseriis Phinei, (l. II.) recte numerari

inter praestantissima vniuersi carminis capita potest, in qua vel singula verba reperias lectissima, adeoque significantia, ut summam poetae curam et diligentiam satis mirari non possis. Quo referenda est in primis imago hominis infelicissimi v. 197. ss. itemque descriptio mali, quam ipse Phineus dat v. 220 ss. Denique addere his liceat fabulam (l. III.) haud scio an inter omnes elaboratissimam et elegantissimam de Cupidine cum Ganymede astragalis ludente, et matri auxilium eius imploranti post longam tandem moram, multaque pacta satisfaciente. Vbi primum consideres velim lepidissimam effigiem vtriusque pueri, alterius vincentis et victoria laeti et exsultantis, alterius victi et amissos astragalos lugentis v. 119 ss.; deinde Cupidinis, audita narratione de ludicro Iouis adeo exhilarati, atque cupiditate illius tantopere incensi ut etiam astragalos, quos olim lucratus fuerat, ad unum omnes abiiceret, sed cum mater ostendisset, se non nisi re bene peracca ipsi sphaeram istam esse daturam, tristis et indignabundus diligenter omnes colligeret v. 145 ss.

Sed haec sufficient ad demonstrandam carminis huius vniuersi indolem et praestantiam. Iam cum catalogum hunc Argonautarum illustrare constituisssem, in ipsa oratione secutus sum

recensionem Brunckii, (quia tum, cum ista scriberem editio Cel. Beckii nondum in lucem prodierat) ita tamen, ut in animaduersionibus, ea, qua par est, modestia, indicarem, quae mihi quidem minus probarentur, additis etiam, cur aliter statuerem, rationibus. Quae ex graeco Apollonii enarratore in usus meos conueri, ea vero depromsi ex editione Stephaniana, quam mihi suppeditauit Sturzius, V. Cel., cuius institutioni atque consiliis, quidquid in hoc literarum genere praestiti, me debere, gratissimamente profiteor. Hic, illuc adspersi quoque animaduersiones, verborum significationem vberius explicantes, quas, ipsis viris doctissimis ita suadentibus, ab hoc commentandi genere nequaquam putabam esse alienas. Caeterum si qui viri harum rerum periti de hoc specimine iudicium suum publice exponere constuerint, cogitent velim, conatum esse iuuenis ad altiora quidem pro virium imbecillitate tendentis, sed omnibus auxiliis et adminiculis, quibus ad ejusmodi labores perficiendos vel maxime necesse est, destituti, sibique persuadeant, me plura et meliora esse daturum, si deus meliora dederit.

'Aegxó-

Αεχόμενος σέο, Φοῖβε, παλαιγυνέων κλέος
Φωτῶν

μηῆσομα, οἱ Πόντοιο κατὰ σόμα, καὶ διὸ
πέργας

Κυανέας, Βασιλῆος ἐφημοσύνη Πελίκο,
χρύσειον μετὰ κώνης ἐνζυγον ἥλασαν Αργεῖο.

Τοίνυν γαὶρ Πελίκης φάτιν ἔκλινεν, ὡς
μιν ὄπιστω

μοῖρα μένει συγερή, τοῦδε αὐτέρος, οὐτιν
ἔδοιτο

δημόθεν οἰοπέδιλον, ὅπ' ἐνεστίηστι δακτυναμ.
Δηρὸν δὲ οὐ μετέπειτα θεὴν κατὰ Βαξιν

Ιῆσων,

χειμερεῖοιο ἔξεθρα κιῶν διὰ ποστὸν Ἀναιμόου,
τὸ ἄλλο μὲν ἔξεστάσεν ὅπ' ίλιος, ἄλλο δὲ
ἔνερθε

καλλιπεν αὖθις πέδιλον ἐνισχόμενον προ-
χοῖσιν.

Ἴκετο δὲ οὐ Πελίκην αὐτοσχεδὸν, αὐτιβολησῶν

A

2

εἰλαπίνης, ἦν πατρὶ Ποσειδόνι καὶ ἄλλοις
ἔχει Θεοῖς, "Ηεγος δὲ Πελασγίδος οὐκ ἀλέ-
γίζειν.

15 Αἵψα δὲ τὸν γ' ἐσιδῶν ἐφεάστατο, καὶ οἱ
ἄεθλον

ζῆντες ναυτιλίης πολυκηδέος, ὁ Φρέ^ρ ἐνὶ πόντῳ
ἥξει κανέναν ἀλλοδαποῦται μετ' αἰδεάστι νόστον
ολέσσῃ

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἐπικλείουσιν
ἀσιδοί

"Αεγον Αθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνηστι.

20 Νῦν δ' ἀνὴρ ἐγὼ γενεήν τε καὶ οὔνομα μνήθη-
σαιμην

ηρώων, δολιχῆς τε πόρους ἀλος, σσατ^τ
ἔρεξαν

πλαζόμενοι. Μοῦσαγ δ' ὑποφήτορες εἶεν
ασιδῆς

Πρωτάνυν Ορφῆς μητσώμεθα, τὸν
ἡάποτ^τ αὐτῇ
Καλλιόπη Θρήναι φατίζεται εὐνηθεῖσα
25 Οιάγρεω σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέ-
σθαι.

Αὐτὰρ τὸν γ' ἐνέπουσιν ἀτειρέας οὐρεστι πέ-
τρος

Θέλξαν ασιδάων ἐνοπή, ποταμῶν τε ϕέεθρα.
Φηγοὶ δ' ἄγριόδεις, κείνης ἔτι σήματα μολ-
πῆς,

- ακτῆς Θρηικῆς Ζώνης ἐπὶ τηλεθώσαμ
 30 ἔξείης σιχόωσιν ἐπήτριμοι, ὃς ὁ γ' ἐπιπρό^τ
 θελγομένας Φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίθεν.
 'Ορφέα μὲν δὴ τοῖον ἔνν ἐπαρωγὸν αἴθλων
 Αἰσονίδης, χείρωνος ἐφημοσύνησι πιθήσας,
 δέξατο, Πιερίη Βισωνίδης κοιρανέοντα
 35 "Ηλυθε δ' Ἀστερίων αὐτοσχεδὸν, ὃν
 ἔστι Κομήτης
 γείνατο διηνέντος ἐφ' ὑδατινὸν Ἀπιδανοῦ,
 Παιρεστίας, ὅρεος Φυλλήιου αὔγχοθι, ναίων
 ἐνθα μὲν Απιδανός τε μέγας, πάκι δῖος Ευ-
 πεὺς
 ἄμφω συμφορέοντας, απόπροθι εἰς ἐν Ιόν-
 τες.
 40 Λάρεισταν δ' ἐπὶ τοῖσι λιπῶν Πολύφη-
 μος ἵκανεν
 Εἰλατίδης, ὃς πέριν μὲν ἐρισθενέων Λαπτ-
 θάων,
 ὅππότε Κενταύροις Λαπίθας ἐπεθωρήσ-
 σοντο,
 ὅπλότερος πολέμιζε· τότ' αὖ βαρύθεσπε
 οὶ ἥδη
 γυνία, μένεν δ' ἔτι θυμὸς αἰρέτος, ως τοπά-
 ρος περ
 45 Οὐδὲ μὲν "Ιφικλος Φυλάκη ἐν δηρὸν
 ἐλειπτο,
 μήτρας Αἰσονίδαιος καστιγνήτην γὰρ ὅπυιεν

Αἴσων Αλκιμέδην Φυλακηῖς· τῆς μεν
ἀνώγει

πησούντι καὶ οὗδος ἐνικενθήνας διμίλω.

Οὐδὲ Φεραῖς "Αδμητος ἐϋρένεστιν αἰνάσ-
σων

50 μίμηντος ὑπὸ σκοπιὴν ἔρεδος Χαλκωδονίοιο

Οὐδὲ 'Αλόπη μίμηντος πελυλήιοις Ερμέισο
νίεες, εὖ δεδαῶτε δόλους, "Ερυτος καὶ Εχιων.
Τοῖς δὲ ἐπὶ τρίτατος γνωτὸς οὐκεντομέ-
νοσιν

Αιθαλίδης· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ Αμφευσοῖο
ροῆσι

55 Μυρμιδόνος κούρη Φθιὰς τέκεν Εὔπολέμεια·
τῷ δὲ αὐτῷ ἐκγεγάτην Μενετηῖδος 'Αντια-
νείρης.

"Ηλυθε δὲ ἀφνειὴν προλιπῶν Γυρτῶνος
Κόρωνος

Καινεῖδης ἐσθλὸς μὲν, ἐσῦ δὲ οὐ πατρὸς
ομείνων.

Καινέα γαὶρ ζωόν περ ἐπικλείουσιν αἰσιδολ

60 Κενταύρεσιν ὀλέσθη, ὅτε σφέας οῖος αἴπ
ἄλλων

Ἄλαστ' αἰσιτεύων· οἱ δὲ ἐμπαλιν δρυμηθέντες
οὔτε μιν ἀγκληναχπρωτέρω σθένον, οὔτε δαιξα.
αλλ' ἀρέσητος, ἀκαμπτος ἐδύτατο νειόθι
γαίης

Θενόμενος τιβαρεῖσι καταΐγδην ἐλάτησιν.

65 Ήλυθε δ' αὖ Μόφος Τιταρήσιος, ὃν
πέρι πάντων

Διποίης ἐδίδαξε Θεοπροπίας οἰωνῶν.
ηδὲ καὶ Εὔρυδάμας Κτιμένου πάις· ἔγχι
δὲ λίμνης

Ξυνιάδος Κτιμένην Δολοπηΐδα γαιετάσκε.

Καὶ μὴν Ἀκτωρ υἱα Μενούτιον ἐξ Ὁπό-
εντος

70 ὥρστεν, εἰριστήστοι σὺν ἀνδράσιν ὅφρα νέοιτο.

Εἶπετο δ' Εὔρυτίων τε, καὶ ἀληκῆσι
Ἐριβώτης,

υἱες, ὁ μὲν Τελέοντος, ὁ δὲ Ἰησοῦς Ἀκτορίδαο.

ἵτοις ὁ μὲν Τελέοντος ἐύκλειης Ἐριβώτης,

"Ιησοῦ δὲ Εὔρυτίων. σὺν καὶ τερτοῖς ἡμενὶς Ὁιλεὺς

75 ἔξοχος ἡνορένυ, καὶ ἐποιῆσαι μετόπισθεν
εὗ δεδαώς δηϊστιν, ὅτε κλύσει φάλαγγας.

Αυτὰς ἀπ' Εὐβοίης Κάνθος κίε, τὸν
ἐχοντα Κάνθος

πέμπεν Ἀβαντιάδης λελιημένον· οὐ μὲν
ἴμηλλος

νοστήσειν Κάνθον ὑπότροπος. αἴτα γαὶ
ἥνει

80 αὐτὸν ὄμως, Μόφον τε δαήμονα μαντο-
συνάων,

πλαγχθέντας λιβύης ἐν πείραστι δημάθηνα.

ώς οὐκ ἀνθρώπεισι κακὸν μήκισον ἐπαυρεῖν,
ὅππότε κάκείγους λιβύη ἐν ταρχύσαντο,

τόστον ἐκαὶ Κόλχων, ὅστον τέ περὶ ἡλίου
 85 μεσσηγὺς δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ εἰτορώντας
 Τῷ δὲ ἄρε περὶ Κλύτιος τε καὶ ^{τὸν} Φίτος
 ηγερέθοντο,

Οἰχαλίης ἐπίουροι, ἀπινέος Εὐρύτου υἱες,
 Εὐρύτου, ὃ πάρε τόξον Ἐκηβόλος· οὐδὲ
 ἀπόντο

δωτίνης· αὐτῷ γὰρ ἐκῶν ἐρίδην δοτῆσι.

90 Τοῖτι δὲ περὶ Αἰσαιδίας μετεκτιαθον· οὐ
 μέν ἀμ' ἀμφορ,
 οὐδὲ ὁμόθεν. νόσφι γὰρ αἰλευάμενοι κατέ-
 νασθεν

Αἴγινης, ὅτε Φῶκον ἀδελφεὸν ἐξενάριξαν
 ἀφεαδίη. Τελαμὼν μὲν ἐν Ἀτθίδι νάσσα-
 το νήσῳ.

Πηλεὺς δὲ Φθήνη ἔνι δώματα ναῦς λιασθείς.

95 Τοῖς δὲ περὶ Κενροπίνθεν σίρηνος ἥλυθε
 Βούτης,
 πᾶς ἀγαθοῦ Τελέοντος, ἐϋμελίης τε Φά-
 ληρος.

"Αλκων μιν προεῖκης πατήρ ἔός· οὐ μὲν ἔτ'
 ἄλλους

γήρασος υἷας ἔχε βιότοιό τε κηδεμονῆας.

ἄλλα ἔ, τηλύγετόν περ ὅμως καὶ μοῦνον
 ἔοντα,

100 πέμπεν, ἵνα θρασύεσσι μεταπρέπει τὴν
 εσσι.

Θησέα δ', ὃς πέρι πάντας Ἐρεχθίδας
ἐκέκαστο,

Ταυναρίν αἰδηλος ὑπὸ χθόνας εσμὸς ἔρυκε,
Πειρεύθω ἐπόμενον κοινὴν ὁδόν. Ἡ τέ κεν
ἄμφω

105 ἥγιτερον καμάτοι τέλος πάντεσσιν ἔθευτο
 Τίφυς δ' Ἀγνιάδης Σιφαέα κάλλιπε
 δῆμον

Θετπιέων, ἐσθλὸς μὲν ὄρινόμενον προδαῆναι
κῦμαί ἀλὸς εὔρεῖται, ἐσθλὸς δ' ἀνέμοιο θυέλλας
καὶ πλόσιοις λίλω τε καὶ αἰστέρει τεκμήρασθαι.
αὐτὴ μιν Τειτωνὶς αἴριστίων εἰς ὅμιλον
110 ὥρσεν Αθηναῖν, μετὰ δ' ἡλυθεν ἐλδομένοισιν.
αὐτὴ γαὶρ καὶ νῆα θοὴν κάμε· σὺν δέ οἱ
 "Ἄργος

τεῦξεν Ἀρεστορίδης, καίνης ὑποθημοσύνηται,
τῷ καὶ πατάνων προφερεσάτῃ ἐπλετο νηῶν,
ὅσταχ νπ' εἰρεστήσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης.
115 Φλίας δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέ-

θεν ἵκανεν,

ἐνθ' αἴφνιος ἔναιε Διωνύσοιο ἕκητι,
πατρὸς ἑοῦ, πηγῆσιν ἐφέστιος Ἀσωποῖο.

Ἀργόθεν αὖ Ταλαὸς καὶ Ἀρήιος, μὲ
Βίσαντος

ἡλυθεν, Ἠφθιμός τε λέωδοκος, οὓς τέκε Πηρω
120 Νηλοῖς· τῆς δ' ἄμφι δύην ἐμόγησε βαρεῖσιν
Αἰολίδης σαθμοῖσιν ἐν Ιφίκλοις Μελάμπους

Οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίην προτερόφρενος Ἡέαν
ιλῆος

πενθόμεθ' Αἰσονίδαο λιλαιομένου αἴθερίξαμ,
αλλ' ἐπεὶ τίς βάξιν ἀγερομένων ἡρώων,
¶ 25 νέσον αἱ π' Ακαδίης λυγκήιον" Αργος αἵμειψας
τὴν ὁδὸν, ἦ ζωὸν φέρε πάπριον, ὃς ἐν
βήσσης

Φέρεβετο λαμπεῖν, Ἐρυμάνθιον αἱμμέγες
τίφος.

τὸν μὲν ἐνι πρώτητι Μυκηναίων αἰγωρῆσι
δεσμοῖς ἀλλόμενον μεγάλων αἴπεθήκετο
νιωτῶν.

¶ 30 αὐτὸς δ' ἦ ιότητι, παρεὶν νόον Εὔρυσθίος,
ωρμήθη σὺν καὶ οἱ" Τλας οἰεν, ἐσθλος ὄπαίων,
πεωθήθης, ιῶν τε Φορεὺς, Φύλακός τε βιοῖο.

Τῷ δ' ἐπι δὴ θείοιο οἴεν Δαναοῖο γε-
νέθλη,

Ναύπλιος, ἦ γαρ ἔνν Κλυτονήου Ναυβολίδαο.
¶ 35 Ναύβολος αὖ Λέρνου· Λέρνον γε μὲν ίδμεν
έόντα

Προΐου Ναυπλιάδαο· Ποσειδάωνι δὲ κούρη
πρὸν ποτ' Αμορώνη Δαναοῖς τέκεν εύνηθεῖται
Ναύπλιου, ὃς πέρι πάντας ἐκάινυτο ναυτι-
λίησιν.

"Ιδμων δ' ὑστάτιος μετεκίαθεν, ὅσσοι
ενασιον

¶ 40 "Αργος, ἐπεὶ δεδακὼς τὸν ἐν μάργον οἰωνοῖσιν

ἵτε, μή οἱ δῆμος ἐϋκλείης ἀγάσαιτο.

οὐ μὲν ίσχυρός ἦν "Αβαντος ἐτήτυμον, ἀλλὰ
μιν αὐτὸς

γείνατο κυδαλίμεις ἐναρίθμιον Λιολίδησι

Λιποίδης· αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν,

145 οἰωνούς τ' ἀλέγειν, ηδ' ἔμπυρα σήματ' ιδέ-
σθαι.

Καὶ μὴν Αἴτωλος πρωτερὸν Πολυδεύ-

κεα λίδη

Κατσερά τ' ὠκυπόδων ὥρτε δεδαημένον ἵπ-
πων

Σπάρτηθεν· τοὺς δ' οὐ γε δόμοις ἐν Τυδα-
ρέοιο

τηλυγέτους ὠδῖνι μηδὲ τέκεν· οὐδὲ αἰπείθησε

150 νισσομένοις· Ζηνὸς γὰρ ἐπάξιος μῆδετο λέ-
πτρων.

Οὖτ' Αφαετιάδης Δυγκεὺς καὶ ὑπέρ-
βιος Ἰδας

Αρένηθεν ἔβαν, μεγάλῃ περιθαρσέες ἀλκῆ
αἱμφότεροι· Δυγκεὺς δὲ καὶ ὁξυτάτοις ἐκέ-
ναστος

σῆμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει πλέος, ἀνέρες
κένιον

155 ἐγιδίως καὶ νέρθει ὑπὸ χθονὸς αὔγαζεσθαι,
Σὺν δὲ Περικλύμενος Νηλήιος ὥρτο νέ-

εσθαι

πρεσβύτατος παιδῶν, ὅσοι ἐν Πύλῳ ἐξεγένοντο

Νηλῆος Θείοι. Ποσειδάνων δέ οἱ ἀλκῆν
δῶκεν ἀπειρετίνην, ηδ' ὁ ττι κεν αἴρισταιτο
160 μαργαρίμενος, τὸ πέλεσθαν ἐνὶ Ξυνοχῇ πολέμοι.

Καὶ μήν Ἀμφιδάμας Κηφεύς τ' ἵσαν
Αρκαδίηθεν

οἱ Τεγέην καὶ κλῆρον ΑΦειδάντειον ἔνεισον,
υἱὲ δύω Ἀλεοῦ· τρίτατός γε μὲν ἔσπειτι
ἰοῦσιν

Ἀγκαῖος, τὸν μὲν ἡα πατὴρ Λυκόσεργος
ἐπεμπε,

165 τῶν ἄμφω γνωτὸς προγενέστερος. ἀλλ' οὐ
μὲν ἥδη

γηράσκοντ' Ἀλεὸν λίπετ' ἀμπόλιν ὅφει
κομίζοι,

παῖδα δ' ἐὸν σφετέροιτι κατιγνήτοισιν
ἐπάτσε.

Βῆ δ' ὅγε Μαναλίης ἄρκτου δέρος, ἀμφι-
τομόν τε

δεξιτερῆ πάλλων πέλεκυν μέγαν. ἔντεα
γάρ οἱ

170 πατροπάτωρ Ἀλεὸς μυχάτῃ ἐνέκρυψε κα-
λῆ,
οὐ κέν πως ἔτι καὶ τὸν ἐρυτήσειε νέεσθαν.

Βῆ δὲ καὶ Αύγείν, ἐν δὴ Φάτις Ἡελίοιο
ἔμμεναι· Ἡλείοις δ' ὅγ' ἀνδράσιν ἐμβασί-
λευεν,

ὅλῳ κυδιόων· μέγα δὲ ἵετο Κολχῖδα γαῖαν
175 αὐτὸν τ' Αἰγαῖην ἰδέειν σημάντορεα Κόλχων.
Ἄστερις δὲ καὶ Ἀμφιῶν ἔπειρασίου
υῖες

Πελλήνης ἀφίκανον Ἀχαιόδος, ἢν ποτε Πέλ-
λης
πατροπάτωρ ἐπόλισσεν ἐπ' ὁφρύσιν αἴγια-
λοῖο.

Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπῶν Εὔφη-
μος ἵκανε,

180 τόν δὲ Ποσειδάωνι ποδωκήστατον ἄλλων
Εὔρωπη Τιτνοῖο μεγασθενέος τέκε πούρη.
καῖνος ἀνὴρ καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖς θέεσκεν
οἰδματος, οὐδὲ Θοοὺς βάπτε πόδας, αἷλλ
ὅσον ἄκρεις

ἴχνεστι τεγγόμενος διερῆπε φόρητο κελεύθω.
185 Καὶ δὲ ἄλλω δύο ποιδε Ποσειδάωνος
ἴκοντο.

ἵτοι δὲ μὲν πτολειθερῶν αἴγαιοῦ Μιλύτοιο
νοσφισθεὶς Ἐργῆνος, δὲ δὲ Ιμβρασίης ἔδος
"Ηέρης

Παρθενίην, Αγκαιὸς ὑπέρβιος. ἵστορε δὲ
ἄμφω

ἡμὲν ναυτιλίης, ηδὲ ἄρεος εὐχετόωντο.

190 Οἰνεῖδης δ' ἐπὶ τοῖσιν ἀΦορμῆσις Κα-
λυδῶνος

εἰλκήεις Μελέαγρος αἰνήλυθε, Λαοκόων τε,
Δαοκόων Οἰνῆος ἀδελφεὸς, οὐ μὲν οὕτος γε
μητέρος· αἴλλα ἐ Θῆσσα γυνὴ τέκε· τὸν
μὲν ἄρετον Οἰνεὺς

ἥδη γηραιόν κοσμήτορα παιδὸς ἱστάλεν·

195 ὃδ' ἔτι πουρίζων περιθαρσέα δύνει θυμιλον
ἡρώων. τοῦ δ' οὗ τιν' ὑπέρτερον ἄλλον οὖτοι
νόσφιν γ' Ἡρακλῆος, ἐσελθέμεν, εἴ κ' ἔτι
μοῦνον

αῦθι μένων λυκάβαντα μετετράψῃ Αιτω-
λοῖσι.

καὶ μήν οἱ μήτεροι αὐτὴν ὁδὸν, εὖ μὲν ἄκοντε,
200 εὖ δὲ καὶ ἐν σαδίῃ δεδαμένος αὐτῇ φέρεσθαι,
Θεστιάδης Ἱφικλος ἐφωμάρτησε κιόντι.

Σὺν δὲ Παλαιόνοις Λέγουν πάις Ὄλε-
ντο

Δέγουν ἐπίκλησιν, γενεὴν γε μὲν Ἡφαίστοιο.
τούνεκ ἔην πόδε σιφλός· αἰτάρε δέμας οὐκ
ἐ τις ἔτλη

205 ἡνορέντ τὸ ὄνοσασθαι, ὃ καὶ μεταρθρίμιος ἦε
πᾶσιν ἀριστήστοιν, Ἰήσοντι κῦδος αἴξων.

Ἐκ δ' ἄρετον Φωκήων πίεν Ἱφιτος, Οργυ-
τίδας

Ναυβόλου ἐκγεγαώς· ξεῖνος δε οἱ ἔσκε
πάροιδεν,

ἡμος ἔβη Πυθῶδε Θεοπρόπιας ἐρεείνων
210 γαυτιλίης· τόθι γάρ μιν ἐοῖς ὑπέδεκτο δός·
μοισι.

Ζήτης δ' αὖ Καλαῖς τε Βορῆιοι υἱες
ἴκοντο,

οὓς ποτ' Ἑρεχθίης Βορέη τέκεν Ὁρείθυιος
ἐσχατιῇ Θερήνης δυσχειμέρου· ἐνθ' ἀρε
τὴν γε

Θερήνιος Βορέης ἀνερείψατο Κεκροπίδεν,
215 Ἰλιστοῦ προπάροιθε χορῷ ἐν δινεύουσαν.
καὶ μιν ἄγαν ἐκαθεν, Σαρπηδονίην ὅθι
πέτρην
ιλείουσι, ποταμοῖο παρὸς ἐόντος Ἐργίνοιο,
λυγαίοις ἐδάμασσε περὶ νεφέεσσι καλύ-
ψος.

τῷ μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισι ποδῶν ἐκάτερθεν
ἐρεμνᾶς

220 στῖον αἰερομένω πτέρυγας, μέγας Θάμβος
ἰδέσθαι,

χευστίας Φολιδεστη διαυγέας· αἰμφὶ δὲ
νώτοις
κράatos ἐξ ὑπάτοιο καὶ αὐχένος ἐνθα κοι-
225 ονται δονέοντο μετὰ πνοιῆσιν ἔθειροι.
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ αὐτοῖς πάσι μενέαινεν

"Ακαττος

Ιρθίμου Πελίασ δόμοις ἐν πατρῷς ἐοῖσι

μιμνάζειν, "Ἄργος τε Θεᾶς ὑποεργός Ἀθη-
νᾶς."

αλλ' ἄρει καὶ τὰ μέλλον ἐνιπρινθῆναι ὅμιλω
Τόσσοι ἄρει Αἰτονέδη συμμίστορες ἡγε-
ρέθοντο

τοὺς μὲν ἀριστᾶς Μινύας περινακετάοντες
230 κώλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυ-
γατρῶν
οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐ-
χετόωντο
ἔμμεναι· ωστε δὲ καὶ αὐτὸν Ἰήσονα γείνατο
μήτηρ
Ἀλκιμέδη, Κλυμένης Μινυηδός ἐνγεγανῖα.

V. I. Αρχόμενος σέο — satis frequens est et
obuia consuetudo poetarum graecorum et latinorum,
in primis epicorum, carminis sub initium inuocandi
vel unum aliquem deum, ut h. l. Apollonius, et
Orpheus, et Valerius Flaccus, Apollinem, vel
plures, v. c. Musas, ut Hesiodus, in Εργ. καὶ Ημ.,
Apollinem, Dianam et Musas, quod fecit Theognis
initio Gnomorum, Bacchum et Cererem, ut Virgi-
lius in Georgicis, et elii. Solent vero etiam in me-
dio carmine non raro id facere, ubi rem gravem ad-
gressuri, factum magnum cantaturi, nouas sibi a
diis vires addi cupiunt, sic Homerus, antequam re-
censeret navium copiarumque Graecarum numerum,
denuo implorat opem Musarum, et Apollonius Med-
deae amores dicturus in auxilium vocat Erato; quo-
rum exemplum et alii sunt secuti. ολέα φωτῶν interpres graecus recte explicavit per τὰ ἔνδοξα τῶν Αργοναυτῶν ἔργα, sic enim Homerus fere usus repe-
ritur hoc vocabulo v. Il. 2 189. ut apud latt. laus,
v. Heyn. ad Tibull. IV, 1, 88. — 2. Jam quemad-
modum Πόντῳ κατὰ στόμα non est simpliciter per-
mare, sed per Pontum Euxinum, ita πέργαι Κυνηέχι,
quae etiam Symplegades, κναίαι Συμπληγάδες Eur-
ip. Med. 2., dicuntur et Planctae, πλαγκταὶ Hom.
Od. 4, 61., fuerunt duo taxa ingentia, quae con-
tinuo motu ita semper coniungebantur, ut nulla
nauis per ea transire valeret, ita tamen ut fatale iis

esset inuicem coalescere, si nauta aliquis per ea ve-
hi naue auderet et saluus inde euaderet. Descriptionem eorum satis copiosam dedit præter Apollon.
II, 317. Orph. 678. Pind. Pyth. IV, 370. conf. et
iam Val. Flacc. IV, 641. et Hermann. Handb. d.
Mythol. P. I. p. 375. II. p. 321. — 4. *χεύστεον μετα-*
κώας h. e. *vt e Colchide aureum deportarent vellus,*
quam praepositionis *μετά* vim ostendit et exemplis
illustravit Cel. Brunck ad h. l et Fischerus, V.
Cl. et praeceptor ob summa in me collata beneficia
semper pie colendus, ad Well. Gramin. p. 376. apud
Eurip. Med. 5 exprimitur verbis, *οἱ τὸ παίγγελον δέ-*
γες Πιλίος μετηλθός χεύστεον, autem *κώας* erat vellus
arietis, quo vectus erat Phrixus cum Helle, fōrore,
fugientes nouercae furorem, quae vitæ eorum insi-
diabantur. Jam cum per serem venissent ad mare,
Helle decidit in pontum, cui ab eo tempore Helle-
sponti nomen fuit inditum, sed Phrixo iamiam la-
psuero animum addidit ipse aries; atque hanc huius
mythi partem eleganter finxit noster intextam chla-
mydi Jasonis, infra I, 763. Caeterum vellus arie-
tis, siue natura sua aureum, siue ab Mercurio inau-
ratum, vtrumque enim fertur, cuncti Colchidem ve-
nisset, doteni pro filia dederat Phrixus Aetæ, Col-
chorum regi, qui illud in luco Maris arbori su-
spensum custodiendum tradiderat draconi horribili
vid. Apollon. II, 404. 1141 et Schol. IV, 114 170
conf. quos laudauit Celeb. Fiscl. ad Palaeph. fab.
31. Jason igitur fusu Peliae ezepturus Aetæ istud
vellus nauem struxerat 'Αγρώ, quæ erat navis πε-
ριπορτος, et nomen acceperat ab Argo quodam,

de

de quo dicetur infra ad v. 226., alii tamen aliunde
hoc nomen putant fluxisse, quorum sententias recen-
suit Fisch. Ind. Palaeph. in v. Αἴγαος, qui adscriptis
etiam verba Schol. haec: ὁ μὲν Ἀπολλώνιος καλεῖται
Αἴγαος ἀπὸ Αἴγου τοῦ κατασκευάσαντος. Φερεκύδης δὲ
ἀπὸ Αἴγου τοῦ Φείζου οὐοῦ. ταῦτη δέ φασι πρώτην γαῖην
γενέσθαι μακράν. ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναὸν διωκόμενον ὑπὸ¹
Αἴγυπτου, πρῶτον κατασκευάσαι. ὅτεν καὶ Δαναῖς ἐκλήθη.
Orpheus quoque v. 67. de naue ista tradit:

ἢ καὶ νῦν εἰλατίνοις ἐρετμοῖς ἀλιμνύσκει βένθη
πρωτην ὑπεξεπίεσσι, τείβους δ' ἕπινος θαλάσσην

quem, cum alio loco sibi ipsi contradixisse putaret
Eschenbachius, defendit Gesnerus. Danaum autem
Aegypti, fratris, filiorum ab insidiis sibi timentem,
noui fugisse, praeter Marmor Arundel., tradit etiam
Apollod. II, I, 4.

v. 5. Πελίας erat Neptuni f. et Tyrus, Salmo-
nis filiae, vid. argumentum Argonautic., Apollod.
I, 9, 8. qui docet, eum, mortuo Cretheo, regnum
occupasse Iolci, sed auctor argum. Argonn. tradit
Aesonem, Iasonis patrem, ipsum iussisse regnum
fuscipere, donec filius rediisset e Chironis disciplina.
Fuit autem Pelias homo οὐβριστὴ καὶ ἀτασθαλος, οὐβρι-
μοεγός, vii vocaturab Hesiod. Theog. 996., etenim
nouercam Sideronem occiderat in ipsa Iunonis ara,
quam omnino despiciebat, v. Apollod. d l. Hic
non satis rebus suis confusus consuluerat oraculum
Apollinis, a quo responsum tulerat, caueret sibi ab

B

eo qui vno calceo indutus ad eum accederet, τοιη
γάρ π. φάτιν ἔκλεψεν — φάτις est vocabulum poeti-
cum, quo omnino significatur *dictum*, ut apud
Aristoph. Auiib. 925. deinde vero ita dici solet
oraculum, *responsum diuum*, quemadmodum legit-
tur h. l. et infra IV, 1334. Eurip. Phoen. 23. ubi
dicitur οὐδὲν φάτις, et apud Soph. Antig. 700 vo-
cator ἐφεμνὴ φάτις. — 7. Iam quemadmodum πέδι-
λον est vocabulum Homericum atque poeticum, v. Il.
β, 44 Od. α, 96, indicans *calceamentum*, pro quo
pro aici scriptores fere vtuntur nomine ὑπόδημα, v.
Lamb. Bos. Annt. Graec. IV, 17. ita οἰοπέδιλον Pind.
Pyth. IV, 33. nominat μενοχεπτίδε, sed Apollod.
μενοσάδιλον. Caeterum ἐνεσίης glossa apud Brunckiu-
m explicat βινλατης et Hes. βουλησεσιν, ἐνοήσεσιν, sed
h. l. positum est in malam partem pro *insidiis*, nam
Pind. l. c. pro verbis ὑπ' ἐνεσο. διεμῆναι habet θανέμεν
χειρευσιν ή βινλατης ἀναμέπτωτοις, ita ut sensus loci sit:
ipsum manere postea horribile fatum, ut interficiatur
insidiis eius viri, quem —

v. 8. θεὸν κατὰ βάζειν, haec est elegantissima Cu-
peri coniectura, quam Brunck. adeo non dubitauit
recipere in textum pro vulgari τεῖναι, quod hic locum
habere non potest, neque enim Peliam alloquitur
poeta, sed rem gestam narrat. sed βάζεις h. l. vt lati-
norum *dictio*, apud Liu. VIII, 24. Auct. ad Heren.
II, 26. est *oraculum*, quo sensu legitur etiam infr.
II, 767. III, 597. Πήσων, de cuius genere et paren-
tibus exponemus ad v. 232., traditus erat Chironi
a patre, vt ab eo aleretur ac institueretur, vid. au-

etor Argum. Argon., Pindar. Nemm. III, 92. et Schol. ad I, 554. Fuit vir non modo admirandae formae et pulchritudinis, v. Pind. Pyth. IV, 154., sed etiam magnae fortitudinis, quod testatur praeter hanc expeditionem ab eo suscepitam, etiam hoc, quod in apri Calydonii venatoribus numeratur ab Apollod. I, 8, 2. — 9. Ἀραυγός h. l. est fluuius Thessaliae, quem diserte ποταμὸν Ἀραυγόν appellat Apollod. I, 9, 16. alias enim ita dicuntur οἱ ἵεραι συνισάμενοι ποταμοί, ut graecus enarrator docet ad h. l., vid. Ven. Fischer. ad Anacr. Od 7, 4. unde etiam poeta hic eum appellat χειμέριον, quod est visitatum fluuiorum eiusmodi epitheton sic I, 366 legitur χειμέριον ἄλικη, et IV, 761. χειμέριος χειμέριον. Caeterum Iason, cum ad huius Anauri littus sedentem inuenisset Iunonem, anili forma induitam, eamque humeris impositam per fluuium translatisset, magnam inde sibi deae gratiam conciliauit, quae ipsius pietatem hoc facto demonstratam laudat infra III, 66.

V. 12. εἰς Πελίην, scribendum videri posset εἰς Πελίον, sed recte se habet accusatiuus ille, nam εἰς si locum, ad quem, indicat, etiam simpliciter iungi solet accusativo, v. Fisch. ad Well. p. 362. αὐτοσχέδον, Pind. Pyth. IV. 184. εἴκοσι δέκατετας Εὐλαύνους, οὗτε ἔργον Οὐτ' ἔνος εὐτρέπτελον Κείνους εἰπαν, ικίμενος Οἰκαδή, αρχαῖαν κορίζων Πατέρος ἐμοῦ, βασιλευόμενον Οὐ κατ' αἴρον, etc. sed Apollonius etiam indicat aduentus JASONIS causam, αὐτοβολήταν εἰλαττίνει, nam αὐτοβολεῖν est verbum poeticum, quod proprie

significat occurrere, vid. II, 1122. III, 68 II. n. 847. quo quidem sensu positum construitur fere cum casu tertio, deinde vero est participem fieri, ut h. l. et Od. δ, 547. atque tum addi solet genitius, denique indicat etiam supplicare, orare, ut apud Aristoph. Plut. 103. Auibb. 207. εἰλαπίνη autem est conuiuum opiparum et laetum, ut in noto illo Odyssae loco τὸς δώτες, τὸς δόμιλος ὥδ' ἐπλετο; τίπτε δέ σε χρεῶ; εἰλαπίνη, ηὲ γάμος; sed h. l. ut IV. 1421. est epulum sacrificiale, Schol. enim ultimo loco explicat εἰλαπίνης per τὰς θυσίας, quod indicant addita verba ἡ πατερὶ Ποσ. κ. α. φέζε θεοῖς; φέζει enim est verbum hoc in genere proprium, quod ponitur vel simpliciter ut II. β, 400. Apoll. I, 1186. vel adiecto accusatio rei, quae sacrificatur, ut Theocr. Id. 27. 63. II. α, 443. Apoll. IV, 120. — 14. Ἡρῆς δὲ Πελαστριδίας Schol. Ὁμηρικῶς τὴν Ἡρεν Πελασγίδα εἶπεν, ἐπ τῆς Θεσσαλικῆς χώρας. Πελασγοὶ γὰρ ἐλέγοντο οἱ τὴν Φθιωτικὴν κατέφύκουν, ἡς Φησιν Ὄμηρος. (II. β, 681.) Νῦν δ' αὐτὸς τὸν δόσσοι τὸ Πελασγικὸν "Λεγος ἔναιον, ἀφοργίσων αὐτὸ τῆς Πελοπονήσου, ἢ τὸ Αχαικὸν "Αργος καλέγων. Juno enim ex religione Pelasgorum erat regina Deorum vid. Herrmann. Handb. d. Mythol. P. I., p. 70. ergo haec vnicet et prae reliquis omnibus diis Thessalo erat colenda, seò Pelias eam plane negligebat, αὐτὴν ἀλέγησεν, h. e. αὐτὴν ἀφεόντιζεν, ut explicat Glossa apud Brunck. et Juno. (III, 65.) apud Venerem conqueritur de Pelia, ὃς μὲν ὑπερηνοῦσεν θυέων ἀγένεας θηῆτε, et apud Apollod. d. I. legitur, καθόλου διετέλει τὴν Ἡραν αἰτιμάζειν.

v. 15. Cum igitur primum videret Pelias Jasōnem, uno calceo induitum, statim consilium cepit, eum auferendi, καὶ οἱ ἄλλοι ὕπτιοι — statim parare studebat illi laborem. Caeterum latius et, tamquam poeta lyricus, ornatius descripsit Pindarus Peliam viso Jasone stupentem, et dissimulato timore promittentem, se regnum paternum libenter iuueni concessurum ac redditurum, si modo aureum vellus, cui auferendo ipse senex esset impar, deportasset v. l. c.

v. 168 s. Certamen autem illud et laborem periculosem proposuerat Jasōni rex eo consilio, ὅφεα ἐσ πίντω — cum enim prima haec esset in terras alienas nauigatio, haud temeraria erat spes, fore, ut Jason siue fluctibus submersus, siue scopulo solitus in ipso itinere periret — ηὲ καὶ αλλοδαποῖς — in primis apud Colchos, et Aeetam, quem sciebat aegre laturum esse raptum velleris adeo pretiosi et admirandi. Caeterum, quemadmodum νόσοι ὀλίσση est, vitam perderet, neque in patriam rediret, nam de nomine νόσος omnino conferri potest Index Orphicc. Gesner, ita recte Brunck. videtur et ex legibus grammaticis reposuisse ηὲ καὶ, pro lectione vulgarium librorum ηὲ καὶ, quae tamen non adeo condemnenda videtur, ut nullum sensum aut certe frigidum efficere dicatur, modo καὶ verteris etiam.

v. 18. Iam Apollonius causa huius expeditio-
nis narrata aggreditur rem ipsam, ita ut ante omnia
nomen et genus heroum, Iasonis comitum, descri-
bat, in quibus recensendis variae reperiuntur vario-
rum scriptorum sententiae, vid. Ill. Heynius ad

Apollod. p. 177. Apollonius quidem eorum numerat quatuor et quinquaginta, quibus in ipso itinere accessisse refert alios nonnullos, de quibus sub finem quaedam addeamus. Deinde ipsum iter (δολιχῆς πόρους αἷλος, quod i. e. q. apud Hom. Od. γ, 169. Δολιχὸς πάλεον) narrat. Sed de his omnibus non se ipsum promittit, suisque viribus nilum, esse cantorum, sed addit: Μοῦσαι δ' ὑποφήταρες εἴεν αὐτοῖς, scilicet ὑποφήταρες iidem sunt, qui ab Homero Il. π, 235. et infra v. γ. 1311. dicuntur ὑποφήται, oraculorum interpretes.

not. v. 23. πρῶτας γυναικεῖοι Οεφόνος μονογάμοι (non μονήθωμα, quia paulo ante Musas ὑποφήταρες αὐτοῖς fore ostenderat) *Orpheus*, erat Oeagri et Calliopes f., quod praeter nostrum etiam Val. Flacc. IV, 348. et Lucian. de Astrol. 10. affirmat, matrem autem Virgil. quoque Ecl. IV, 57. Calliopacam nominat. Ab aliis tamen, quorum in numero est Pindar. Pyth. IV, 313., perhibetur Apollinis f., cuius rei causa, eum poeta fuerit, et lyra praeclare cecinerit, in promptu est. 25. Iam Calliope, mater, dicitur eum peperisse σκηνῆς Πιερπληῖδος αὔγει, quae specula sita erat omnino in Thracia, Schol., Πιερπλιὰς, χωρὶον κατὰ Πιερίαν, οἱ δὲ, ὅρος Θεάκης, οἱ δὲ, κεράνη καὶ κάμην τῆς Πιερίας. vid. omnino Bentl. ad Hor. I. Od. 26, 9. Quidquid sit, in hoc certe omnes fere consentiunt scriptores antiqui, e Thracia ortum esse, ibique vixisse Orpheus; nam apud nostrum v. 34. vocatur Πιερίη Βισανδρίη ποιησατέων, Pieria autem erat mons Thraciae, admodum celeber, cui adiacebat

Bistonia, memorata etiam Plin. H. N. IV, 18. conf.
infra II, 706, vbi vid. Schol. Sic a Val. Flacc. I.
470. dicitur Odrisius Orpheus, h. e. Threicius, ut
Horatius eum appellat I. Od. 24, 13. et Virg. Aen.
VI, 645. Caeterum de loco Ciceronis N. D. I, 38.
si plura cognoscere cupias, v. Gesneri Prolegom.
Orph., praefixa carminibus Orph. p. XVIII. f. Hie
igitur Orpheus celeberrimus erat arte fidibus et voce
canendi, de cuius cantus vi et excellentia pleni sunt
poetarum in primis graecorum et latinorum libri, sic
ab Pind. Pyth. IV, 313. dicitur Φορμικτὰς ἀνθεῖ πα-
της, et Iason apud Eurip. Med. 542. οὐδὲ δ', inquit,
έμεσοι — μήτ' Ορφίως καλλιον ὑμῆται μέλος — quod
Horat. I. c. expressit fere sic:

Quod si Threicio blandius Orpheo
auditam moderare arboribus fidem.

Eodem modo Orpheus apud Lucian. Imaggg. 14.
nominatur ἐπιγνώστας τῶν ἀνθρωπῶν, οἷς καὶ τὰ ἄψυχα
ἐπικαλέσασθαι πόδες τὸ μέλος, conf. de Astr. I. supra c.,
vbi fabula ista explicatur. Praecipue sutem summa
vis cantus Orphici eo declarari solet, quod Eurydicen,
vxorem, ex Orco reduxerit, quam fabulam Ouid.
Metam. x. copiosius narravit, et Virgil. praeclaro
illo loco Georgg. IV, 455. ss. exornauit, vid. quo-
que, quem ibi laudeauit Celeb. Heynius Sén. Trag.
Herc. fur. 569. et. Herc. Oet. 1031. attigit eandem
Lucian. Diall. Mortt. XXIII, 3. deinde eo, quod
ipsum canentem secuti sint animalia omnis generis
fera; atque adeo saxa, arbores, aliaeque res inani-

matae. Qua de re vid. quae notauit Herrmann. Myth. P. III, p. 341. not 267. Atque hanc quidem huius fabulae partem attigit etiam noster, ita tamen, ut singulare aliquod factum commemoraret, ex quo vis cantus Orphici magis appareret, quam si, quod alii fecerunt poetae (vid. Horat. I. Od. 12, 7., quem locum Brunck. iam laudsuit. et Ovid. Metamorph. X, 86. coll. XII, 1. 2. 20.) in genere tantum eam cecinisset, in quo quidem veri poetae partes optime tuitus est, conf. etiam infra v. 569. et Orph. 431.

v. 26. *αὐτῷ τούτῳ* h. e. *αὐτῷ*, solent enim poëtae articulum saepius ponere pro pronomine *αὐτῷ* vel *ἐκεῖνος*, vt III, 580. 924. IV, 463. Il. 2, 272. Iam *ἄτειχος* dicitur omnino id, quod adeo durum est, ut nulla vi flecti possit atque moueri, sic II, 375 Chalybum terra, metallis aptior, quam agriculturae, nominatur *τεγχίσιν καὶ ἄτειχος*, et apud Homerum constat esse perpetuum epitheton aeris v. Il. 1, 297. σ, 474. sic etiam h. l. *πέτρης ἄτειχος* sunt saxa, quae nullo nec ventorum aut tempestatum, nec hominum vi loco moueri possunt; hinc refertur etiam ad alias res, sic Peleus, socios moniturus, vt humeris gestarent nauem, IV, 1375. ait:

*ἀλλοι μὲν ἀγεμφεῖς τε βῆν καὶ ΑΤΕΙΡΕΣΙΝ ὥμοις
ὑψόθεν αὐθέμενοι, κ. τ. λ.*

vbi *ἄτειχοις* *ώμοι* sunt humeri tanto oneri ita pares, ut defatigari non possint; Il. V, 45. *ἄτειχος φωνὴ* est vox

admodum sonora, et Il. 2, 60. κρεδίη ἀτειχῆς idem significat quod v. 63. ἀτάξθιτος νόσος. Caeterum, quemadmodum ἀτειχῆς οὐρανοί, siue ἐν δύστοι, πέργας, dictum est pro οὐρανῷ, quod imitatos esse etiam poetas latinos infinitis ad Virgilium locis ostendit Heynius, V. Cel., ita graphicē additum est nomen οὐρανοῖ, nec prorsus redundat. — 27. Iam ποταμῶν ἔσθρα ex ratione loquendi poetis solemini nihil aliud est, quam ποταμοί, ut II, 936. ἐούσῃ ποταμοῦ conf. III, 1030. IV, 227. 457. πότερος ἀλός apud Hom. Il. φ, 59. conf. hymn. in Apoll. 73. aliisque in locis. — 29. Ζάρη h. l. non est appellatiuum nomen, sed proprium, Schol. ὅραιος τόπος εὐτα καλούμενος, καὶ πόλις ὅμωνυμος. — 30. τιχέωσιν recte explicauit idem interpres per τοιχῆδον εἰσι, significat enim hoc verbum certo quodam ordine incedere et stare, quomodo Il. 8, multis in locis legitur naues ἐτιχέωστο. — 31. Ut vero istae fagi ad Zonae Thraciae oram radices agebant, effecit Orpheus φόρμιγγι, siue quod perinde est φόρμιγξ, de qua diligentissime egit Fischerus, V. Cel., in Ind. Palaeph. in h. o., in Orphicis v. 87. eadem dicitur χίλιος, conf. etiam Lamb. Bos. Antt. Graecc. IV, 8. Hac φόρμιγγι eas deduxit ex monte Pieria, quam fabulam explicauit etiam, sed, ut milii certe quidem videbatur, non admodum bene, Palaeph. fab. 34. ubi Fischeri diligentia scriptorum, qui Orhei fabulam siue narrarunt, siue explicuerunt, indicem concessit. Rectius eandem interpretatus est Lucian. de Astrolog. 10. Iam cantus Orphici, fidibus, pro more antiquorum herorum, vocem modulantis, argumentum qui desideret, audeat nostrum

I, 495 coll. Orph. 419. — 32. Ὁρφεός μὲν δὴ τοῖος
ἦν ἐπικραγὸν αἰθλῶν, (comitem itineris lociumque
laborum) δίξατο, non ut ipse remigis vices fuscipe-
ret, quippe qui tum quidem iam prouecta esset aeta-
te, ut ipse fatetur Argonn. 98. sed ut cithara et vo-
ce excitaret iuvenes ad fortiter perferendos expeditionis labores v. Orph. 87. vnde etiam ab Lucian.
Fugit. 29. appellatur Ηδίσος κελευσῶν πάντων; addit
Schol. et aliam causam ex Herodoro, ὅτι μάστις
ἦν ὁ χείρων, ἔχοντες, μὴ δύνανται τὰς Σειρῆνας παρελ-
θεῖν αὐτοὺς, Ὁρφέως μὴ συμπλέοντος, qua de re vid.
IV, 903. Orph. 1268. — 33. χείρων fuit Saturni
f. (vnde a Xenoph. de Venat. I, 4. dicitur Iouis
frater) et Philyrae, quod docet Schol. ad II, 1235.
Apollod. I, 2, 4. vbi vid. Heyn. vnde apud Pind.
Pyth. III, 1. et Hesiod. Theogon. 1002. appellatur
Φιλλυρέων, sed Xenoph. d. I. eum nominat filium
Naidis, nymphae. Magnam sibi famam acquisiuit
eo, quod nullus fere antiquissimis temporibus fuit
heros, qui eius institutione et disciplina non esset
usus, vid. Xen. I. c., quorum in numero fuisset quo-
que Iasonem, supra vidimus et ipse profitetur apud
Pind. Pyth. IV, 180. Etiam filius Iasonis, Medius
(Μήδεος) discipulus Chironis fuisset fertur ab He-
siод. I, 1.

v. 35. ἦλυθε δ' Ἀστερίων αὐτοσχεδὸν (*sua sponte*,
nam Orpheus vocatus demum venerat) Asterion
autem fuit, in quo omnes fere mythologi conser-
tint, Cometae f., vid. Orph. 161. Valer. Flacc. I,
355., sed apud Apollod. I, 9, 16. vocatur Αστέριος.

Hic igitur Cometes filium γείνατο διηνέντος ἐφ' ὑδαστῇ
 Ἀπιδανῷ, fluvii Thessaliae, qui, ortus in Aetolia, et
 inde per Thessaliam partem fluens, tandem iungit se
 cum Taresio flumine; ipse vero Cometes dicimus
 Πειρεστὸς ράλαν, ita enim pro vulgari Πειρετὸς edidit
 Brunckius; ut iam ante eum legendum viderat Stephanus. Πειρεστὸς autem, siue, quemadmodum apud
 Orpheum scribitur Πειρεστὴ, erat urbs Magnesiae, vid.
 Schol. ad v. 584., non procul a monte Phylleio si-
 ta, quam regionem accuratius descripturus noster
 addit ἔνθα μὲν Ἀπιδανῷ τε μήγας — Aliter tamen Or-
 pheus, qui canit;

Πειρεστὸν ὅς ἔνερεν ἐπ' Ἀπιδανῷ γένεθλοις,
 Πηνειός μάστυραν ξυνού γάοις εἰς ἄλω πεμπει..

vbi Gesnerus legi iubebat Πηνεῖον ὅς — Iam Peneus
 quidem prope Argissam se immittit in Apidanum,
 sed Enipeus prope Palaepharsalum, ut est in charta
 d' Anvilliana, haud dubie igitur utriusque fluminis Pi-
 resiae urbs interiacebat; consentit cum Apollonio
 etiam Val. Flaccus I, 357. Caeterum vocabulo Ἑτος
 Apollonius aliquique post Homerum poetae ita vtuntur,
 vt eo significant omne id, quod suo in genere pre-
 clarum est atque excellens, vt apud scriptores lati-
 nos diuinus, sic h. l. Ἑτος Enipeus dicitur, quod luci-
 dam et placide fluentem habeat aquam, vnde apud
 Val. Flacc. vocatur segnior Enipeus, et ab Hom. Od.
 λ, 238. ὅς πολὺ καλλιστες ποταμῶν ἐπὶ γαίας ἴνος.

v. 40. Λαγισσας aequie ac Piresiae erat oppidum
 Thessaliae, cuius de conditore, et nomine, ut de

aliis eiusdem nominis viribus vid. Schol. ad h. l. et Fisch. ind. Palaeph. in h. v. Inde comes Iasoni venerat Πολύφημος Elati f. vid. Orph. 166. Val. Flacc. I, 457. Apollod., alii tamen Neptuni f. esse tradunt vid. Schol. ad I, 1240., simili haud dubie de causa, qua Orpheus dictus erat Apollinis filius. Hic iuuenis iam magna virtutis ac fortitudinis documenta ediderat, dum ἐριθείαν Λαπίθων — ὥπλοτερος πολέμιζε, quae quidem Lapitharum cum Centauris pugna satis nota est et a multis poetis decantata, vid. Il. a, 263. Od. q, 295. Ouid. Metam. XII, 210. Virg. Georg. II, 456. Horat. I, Od. 18, 18. v. omnino Fisch. Ind. Palaeph. in Λαπίθαι. — 42. Hi Lapithae Κενταύροις, (qui ab Homero fere semper dici solent Φῆγες v. Hermann Handb. d. Mythol. P. I, p. 193.) ἐπιθεόσσοντο, cum iis pugnabant, nam θεόσσοσθαι, quod ipsa iam etymologia ostendit, est, loricam induere, siue omnino armis se induere, quemadmodum usurpatum legitur Il. v. 340., quia lorica, vt pote totius corporis tegumentum et propugnaculum, erat praecipua pars armaturae, hinc altera orta est huius verbi notio, in pugnam procedere vid. Il. a, 226. ubi additur eis πολεμὸν, conf. Il. a, 101. sic h. l. compositum ἐπιθεόσσοσθαι est vel pro simplici, vel adiuncta notione contra alterum. At tum quidem, cum in hanc expeditionem proficeretur, Polyphemus, erat aetate prouectior, neque magnopere viribus valebat, quod Apollonius v. 43. expressit verbis, τότε καν (tum vero, tum contra) βαρύθεοντες οἱ ἡ δη γυναι, grauia facta erant eius membra, ita ut non posset tanta levitate ac celeri-

tate, quam iuvenis, ea mouere, quod ipsum est
senectutis incommodum. Neque tamen propterea
ignavior erat, sed μένεν ἔτι θυμὸς αγήιος; nam θυμὸς
αγήιος est ardor, cupiditas pugnandi, Mars enim
nulla alia re magis delectabatur, quam pugnis et
bellis, siue, ut Iupiter eum increpat Il. s., 891. αἰδ
γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πολεμοὶ τε, μάχαι τε; tum vero
θυμὸς αγήιος ponitur omnino pro virtute bellica, siue
fortitudine, quemadmodum legitur Aīas αγήιος, et
alii, pro fortibus. Caeterum Polyphemus non per-
petuus erat Argonautarum comes, sed relictus est
cum Hercule ab ipsis in Κιανίδη γελή, siue ut Schol.
explicat Κιώ Mysiae vrbe, vid. I, 1177. s. Apollod.
I, 9, 19 et Heynius p. 185., vbi, ex oraculo
Glauci, ad ostium Cii fluvii conditurus erat nobile
oppidum, v. l. d. 1321. diem obiturus in Scythia,
occisus a Chalybibus vid. Schol. ad l. c. et ad IV,
1470.

v. 45. Ιφικλῆς erat *Phylaci* et *Clymenes* f., memo-
ratus etiam Orph. 137. Val. Flacc. I, 473.; eius-
dem meminit quidem Apollod. I, 9, 12. sed in
numerum Argonautarum non retulit, conf. etiam
Schol. ad h. l. — Φυλάκη ἔτι, nám pater eius Phy-
lacus, Deionis filius, considerat *Phylacen*, vrbe
Phthiotidos, ad montem Otryn, (vid. Heynius, V.
Cl., ad Apollod. p. 162.) quod ex Eustathio et Ste-
phano docet Burmannus in Cat. Argoni. *Clymene*
autem, siue ut ab aliis nominatur *Periclymene*, filia
Minyae, erat mater Iphicli et Alcimedaes, matris
Iasonis, propterea Iphiclus v. 46. appellatur μάρτιος

Altoriāsao vid. Schol. ad I. 230. Laudabatur Iphiclus iste in primis a celeritate et perniciitate pedum, quod docet etiam Schol. ad h. l. τοῦτον, inquiens, Ἡσίοδος ἐπὶ πυρίνων ὀθέρων τέχνειν φησι, Δημόκατος δὲ ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Fragmentum illud Hesiodi seruauit Eustath. ad II. u. 277.

"Ἄνχον ἐπ' αὐθεξίνων καρπὸν θέειν, οὐδὲ κατέκλασσε.
'Αλλ' ἐπὶ πυραμίνων ὀθέρων δρομέσσους πόνεσσι.

vid. Eschenbach. ad Orph. 137. Caeterum Val. Flacc. d. l. tum quidem Iphiculum iam senem, fessumque aevio tradit, ita ut venisse dicatur

non iam operum in partem; monitus sed tradat
ut acres,
magnorumque viros qui laudibus vrat auorum,

quod et res ipsa monet, cum fuerit auunculus Iasonis, admodum adolescentis, et ipse Apollonius indicasse videbatur verbis v. 47. τῆς (Alcimedae) μηνὸν ἀνάγεις πησάνη (quippe qui esset frater) καὶ μῆδος (cura Iasonis et reliquorum Argonautarum, quorum saluti, praeceptis et admonitionibus prospiciebat) ἐντητεύεται οὐδέτω, sic vero non incurrit noster ταυτολογίας crimen in nominibus πησάνη et μῆδος, neque necesse est, ut mutemus hoc in μῆδος vid. Brunckius ad h. l. Alios vero haud dubie fecutus est auctores Ouidius, qui Heroidd. XIII, 35. Iphiculum temporibus belli Troiani adhuc superstitem fuisse narrabat, cuius tamen initia in annum plus quam sexagesi-

mum post Argonautarum expeditionem incidisse feruntur.

v. 49. Ἀδμητος, Pheretis f., cuius pater, teste Schol., erat Cretheus, Pindarus vero Ryth. IV, 220. statuere videbatur, Pheretem esse fratrem Admeti, Φερετη, huic vrbi, quae sita erat in Pelasgiotide, (vid. quos laudauit doctissimus Fisch. Ind. Palaeph. in Φερετη) nomen dedit Pheres iste vid. Apollod. I, 9, 14. Addit poeta εὐγένειαν, satis enim constat, antiquissimos homines ex ouium potissimum, omninoque oannis generis gregum multitudine diuitiarum magnitudinem aestimasse, ita vt, quo pluribus aliquis gregibus vteretur, eo maioribus opibus instructus esse ferretur; hinc regio, quae alendis maxime pecoribus apta erat, omnino opulenta, et feruila, omnisque generis bonis abundans dicebatur, atque sic facile intelligitur, cur εὐγένη siue εὐγένειος facilius ponatur pro ἀλβιος. conf. Varro de R. R. II, 1, 16: sed de scriptura huius nominis vid. Brunckius, acutissimus et fide dignissimus harum rerum judex.

— 50. Χαλκωδόνιος ὄχος est mons Thessaliae, νιπεράνω Φερετη, vt ait Schol. Caeterum hic est idem ille Admetus, qui vxorem duxerat Alcestidem, Peliae filiam, quae tanto flagrabat mariti amore, vt nec mori pro eo detrectaret; res vel ex Euripidis fabula notissima, conf. omnino Fischerus ad Palaeph fab. 41. et in Indice.

v. 51. f. Αλόπη est Θιστραῖς πόλις, ή Μαγγανίας, vt docet interpres graecus, nisi forsitan eadem

est cum *Alope* ab Hom. Il. β, 682. et Thucyd. II, 26. commemorata, quae est Phthiotidos vrbs, vid. Schlichthorst. Geogr. Hom. p. 98. Ex hac igitur vrbe venerant "Ἐρυτός καὶ Ἐχίων, vid. Orph. 133. Val. Fl. I, 439., qui tamen non minus quam Apollod. eum nominat *Eurytum*, quod nomen et ipsum legebatur in editionibus Pindari (Pyth. IV, 319.) prioribus, recte mutatum a Schmidio et Heynico in "Ἐρυτός. *Echionis* autem nullibi fit mentio apud Apollodorum. Hi fratres, quos διδύμους appellat Pindarus, dicuntur πολυλήιοις Ἐρυτίαιοις, nam πολυλήιοις ab Homero, aliisque poetis fere dici solet *terra fertilis, segetibus, frugibusque abundans, ἀπὸ τοῦ ληίου, τοῦ σιτοφάγου πεδίου*, quae sunt verba Schol. ad h. l., sic apud nostrum I, 580 legitur πολυλήιοις αἵας Ρελασγῶν et IV, 267. πολυλήιοις Αἰγυπτος, deinde vero transfertur etiam ad homines, qui terram eiusmodi incolunt, quomodo II, 507. Αἰμονῆς (h. e. *Thessali* vid. Schol.) dicuntur πολυλήιοις, cuius quidem terrae et agri possēssio, cum hominibus afferat et augeat divitias, apparet, cur apud Hom. Il. ε. 613. componantur inter se verba πολυκτήρεαν et πολυλήιος. Sunt tamen, inter quos est etiam Schol. h. l., qui deriuari iubeant a vocabulo λεία *praeda*, ita ut πολυλήιος sit, qui multa *praeda* ditatus redit, atque sic hoc quoque loco capiendum monebat Schol., addit enim ὅπερ βέλτιον, ἐπιφέρει γάρ, Διδαῦτε δόλοις, at satis constat, vocabulum δόλος cum deriuatis non semper accipi in malam partem, quemadmodum III, 592. dicuntur κρυπτάδεις δόλος et 781. composita leguntur verba δόλος et μῆτρις ἐπικλεόποτος, sed etiam de

de iis usurpari, qui arte aliqua praestant aliis, aut omnino magna prudentia sunt praediti, sic Il. v.
202. Ulysses vocatur εἴδως παρολούς δόλον καὶ μῆδας
πυκία, et apud nostrum III, 20. δόλος i. e. q. ver-
su sequenti βουλαῖτε et v. 30 πυκίη μῆτις, sic lib.
eodem v. 89. Medea dicitur δολόσσα, ubi Schol.
addit, ἀντὶ τοῦ Φεονίμου, ἐστι γάρ περι δόλος καὶ ἐπὶ^τ
Φεονίμους. Quid? quod etiam scriptores optimi, si
in malam partem hoc nomen accipiunt, contendere
amant ἀτάρας et δόλους, quod multis exemplis pro-
bavit Doruili, ad Charit. p. 438. Lips. Praeterea Mer-
curius erat antiquissimis hominibus pater et inuen-
tor artium, summaque prudentia et ingenio ornatus,
sive ut Homerus Il. v. 35. canit, ὁς ἐστι Φεστι πυ-
καλίρηγος κένεσσος, de quo vid. omnino Hermann.
Handb. P. I. p. 129, Itaque Erytus et Echion h. l.
dicuntur πολυάρθροι — εἰδὲ δεδεῖτε δόλον h. e. opulentis,
multis variisque belli et pacis artibus instructi, his
enim artibus, hac multarum rerum scientia opes
sibi comparauerat. In ipsis autem artibus, quarum
Mercurius auctor perhibetur, cum etiam facundia
oris et eloquentia numerari solet, apparet, cur
Echion apud Val. Flaccum dicatur *nuncia verba du-*
cis populis reddere — §6. Hi gemini fratres ἔχεγγα-
την Μετενθήτος Ἀττικαῖς, at Orpheus Λαοθόν Μεγέ-
τοι matrem eorum appellat, ubi tamen pro Μεγέτοι
Burmann in Cat. A. legendum censebat Μετενθήτοι,
quibus autem causis adductus hoc velit, non addit,
neque ego diuinare possum, nisi forte eum hunc
Apollonii locum respexisse dicas: Pindarus, cum
Apollodoro et Val. Flacco, Mercurii tantum patris

mentionem facit, omisso plane matris nomine, quam tamen et Hyginus *Antianiram* vocat — 53. μνατός, erat enim eodem patre natus, οἰστομένοισιν, ita iam in Stephaniana scriptum reperitur hoc vocabulum, cum alii aut οἰστομένοισιν habeant, aut οἰστομένεσιν, de qua huius verbi scriptura vid. quae Brunckius tradidit ex Etym. M. et Schol. Arati. — 54. Αἴθαλίδης, Schol. monet, κύριος, πατρωνυμικῶν τύποι ἔχον, ac huius quidem mater etiam in Orph. 131. nominatur Εὐπολέμεια, Μυρμιδόνος Θυγάτης. Iam cum haec Eupolemia h. l. dicatur Φθίσεις κονέη, cum ab Apollonio quidem narretur Aethalidem peperisse επ' Αμφευσοῖς ἔοιῆται, qui est fluuius Phthiotidos, ut docet mappa d' Anvilliana, sed idem natus esse prodatur ab Orph. Ἀλόχη ἐν περιέσσῃ, nonne verosimilius esse videatur, Alopen istam in Phriotide esse sitam, quam in *Magnesia*? nam plane non audiendi videntur ii, qui Alopen hanc esse Ephesum putant, ex auctoritate Plin. H. N. v. 31. p. 341. Bip. quod prorsus hic non quadrat. Caeterum Aethalides infra v. 641. dicitur κύριος missus esse ad Hypsipilen, tantaque eius memoriae fuisse vis, ut neque apud inferos eam perdiderit, ad quem locum vid. quae notauit graecus enarrator.

v. 57. ἥλυθε δ' ἀφιειὴν προλιπῶν Γυετῶν, quae erat vrbs Perrhaebiae ἡ Ὄμηρος φησὶ Γέρτων, inquit Schol. v. Il. β. 738. sita ad Tetaresium fluum. Κόρωνος, cuius meminit etiam Orph. 136. vbi vocatur Ἀκτορίδης, quod malim accipere pro patronymico nomine, quam proprio, cum nullus, ipso Burman.

no teste, scriptor *Actorides* in numero Argonautarum referat, cumque sic melius Orpheus sibi ipse constare videatur, qui patris nomen non facile omittit. Neque particula *καὶ* offendere quemquam potest, modo veritas etiam, hoc sensu, starim *Actorides etiam fortissimus* venit *Coronus*. Addidit enim huic epitheton *βουφόρως*, quo robur inprimis et fortitudo hominis indicatur, atque idem significat quod *εὐθλός* apud nostrum, et *υπέρθυμος* II. β, 746 a quo non minus, quam nostro in loco dicitur *καινίδης*. Omnino autem magnae in hoc nomine sunt turbae, nam in Apollodori libris fere omnibus legitur *Καινέος Κορεών* vbi vid. Heynius, V. Ill., p. 178. Iam *Coronus* ille fuit *εὐθλός* *μὲν*, *ἴσος δ' εὖ πάτρος αἰμάτων*, nam Caeneus magnam sibi nominis famam comparauerat in primis pugna illa celebri Lapitharum cum Centauris, memoratus hanc ob causam Hesiod. Scut. Herc. 179. Ouid. Metam. XII, 459 quo loco etiam attingitur fabula illa, quae Caeneum primum quidem mulierem fuisse narrabat, sed virum extitisse tum, cum Neptunus feminam aggredi cuperet, de qua Schol. h. l. habet haec: *μυθελογοῦτε δὲ τὸν Καινέα πρότερον γεγονέναι γυναικαν, εἴτε Ποσειδῶνος αὐτῷ πλησίοντος, μεταβλητῆναι εἰς ἄνδρα. τοῦτο γὰρ οὔτος, καὶ ὀργανίας* (vid. Palaeph. fab. II.) Nobilis quoque est locus Virg. Aen. VI, 448. qui apud inferos iterum in feminam mutatum esse canit Caeneum,

iuuenis quondam, nunc femina, Caeneus,
rursus et in veterem fato reuoluta figuram.

Sed fortitudinem eius latius explicatam dedit poeta
noster, etenim v. 59. Κανέλα γέλε, inquit, ζωόν περ
πτικλείσυσιν — Ouid enim, cum non mortuum esse,
sed in aum mutatum abiisse tradit, — ὅτε σφίας
εἰος ἀπὸ ἄλλων — scilicet, ut refert Ouidius, cum
Caeneus quinque iam Centauros neci dedisset,
Latreus, membrisque et corpore maximus eum ado-
ritur, verum huic quoque mortem infert. Tum vero

ecce, ruunt vasto rabidi clamore bimembres,
telaque in hunc omnes unum mittuntque ferant-
que.

Apollonius: οἱ δὲ μηπάλιν ὁμοιδέρτες. At fecellit eos
spes Caeneum occidendi, quia nactus erat ἀγνώστων,
hinc οὐτε μή αγκάνται προτέρωθέν, ita edidit Brunkius ex Schol. Homeri ad Il. a, 264., qui hos
versus laudauit, cum antea in omnibus libris lege-
retur ἐγκάνται, cuius quidem mutationis, quae unius
Scholiaстae auctoritate nititur, causam ego certe
quidem non assequor; nam si ἐγκάνται, quemad-
modum Vir Celeb. ipse interpretatur, est deicere,
ἐγκάνται autem in fugam vertere, quid est ἐγκάνται
προτέρω? nonne melius conueniat ista particula verbo
ἐγκάνται? et nonne sic tautologia quaedam oritur in
verbis ἐγκάνται et δαιγά? malum igitur vulgatam re-
tinere, in primis cum recte sic respondeat τῷ ἀκαμπ-
τος. — 64. Θειόφενος σιβαρῆντο — Ouid. l. l. v. 514.

obratus immanni cumulo, sub pondere Caeneus
aestuat arboreo: congestaque robora duris

fert humeris. Sed enim postquam super ora
caputque creuit onus, neque habet, quas ducat, spiritus
deficit interdum, modo se super aera frustra
tollere conatur, iactasque evoluere silvas;
interdumque mouet.

Caeterum Orph. 168. fabulam istam de Caeneo,
patre Enei (ita enim cum interpretibus poetae ver-
ba Ἡνείος Καῖνος explicanda esse putem, neque cum
Burmanno Cat. Arg. in *Polyphemus* corruptissimum
versum dicam, qui vv. 167. 8. uno tenore legisse
videtur, interpunctione omissa) ita narrat;

τὸν ἥρα τε φεσὶ¹
μεγάρενον Δαπτίδαις ὑπὸ Κενταύρων δαμῆναι,
Φειόρενον πενήντοι ταῦφλοιος τ' ἐλαττυπή,
καὶ οἱ αἰατλῆναι καὶ αἴκαρπης γούνατ² ἐρέσσαι
ζωός τ' ἐν φθιμένοσι μολεῖς ὑπὸ κεύθεα γαῖας.

v. 65. Μόψος, qui, omissus ab Apollodoro, constanter a reliquis Ampyci f. traditur, etiam ab ipso Apollon. II, 923. III, 916. conf. Hesiod. Scut. 181., neque enim dubitationem euidam iniecerit Val. Flaccus, qui I, 381. hic vates, inquit, *Phoeni*-
bique fides non vana parentis, Mopsus; cum enim fuerit vates, artemque vaticinandi ab Apolline accepit (ἢ πέρι πάντων Δαπτίδης ἐδιδεῖ θεοποτίας οἰανῶν; conf. Pindar. Pyth. IV, 337. Orph. 127.) non mirum est, quosdam Apollinem ipsi dedito-

patrem, quod saepius iam in superioribus notatum est, vid. Burmann. Cat. Arg. Matrem autem alii perhibent *Chloriden*, nympham, in quibus est etiam Schol. ad h. l., sed Orpheus eam nominat *Aegyptiacę*, quam formam esse non neminis. patronymici sed primitiui, docuit ibi Eschenbach. Praeterea dicitur *Tiragētios*, a patria, quam *Tiraronem* nominat Burmannus, oppidum Thessaliae, testem adhibens hanc in rem Stephanum, nisi forte, cum etiam in Orphicis dicatur venisse *Tiragētēs*, potius dicendus sit ad montem *Titarum*, in quo Titarisius fluuius oritur, esse natus. Quis vero talia certo definire in tanta scriptorum veterum ambiguitate et dissensu audiat? Iam Apollon. IV, 1502. ostendit, Mopsum non rediisse in patriam, sed serpentis mortuū interemptum in Africa diem obiisse, ubi etiam, teste Apul. de Deo Socr. p. 237. T. II. Bip., pro numine colebatur.

v 67. Εὐευδάκιας, Κτιμένου πάτης commemoratus etiam ab Orph. 164. a reliquis vero omissus. ἄγχε λίμνης Ζυριάδος, quem quidem lacum Orpheus nominat Βοιβηῖα λίμνην, situm in Pelasgiotide, quemque satis ample sic definit ἄγχοδι Πηγειοῦ καὶ εὐλασγέος Μελιθούς, at procul tamen abest Boebeis lacus a Meliboea, et Peneo; Schol. ad h. l. Ζυριάς λίμνη τῆς Θερσελίας τινὲς δὲ πόλιν παρακειμένην τῇ Βοιβηῖδι λίμνην, (sic vero λίμνη Ζυριάς et Βοιβηῖς esset nomen unius eiusdemque lacus, et consentiret Apollonius cum Orpheo) ὅτῳ δὲ τῆς πόλεως ἐλέγεται Ζυριάδης, ἐπειδὴ πληστὸς αὐτῆς ἔστιν η πόλις, οἱ δέ φασι, Ζυριάδης σιγησθεῖ,

διὸ τὸ ξύρον εἶναι τὸ κοινὸν. ταῦτη δὲ κοινὴ εἶναι Θεσσαλίας
καὶ Βοιωτίας, quibus in verbis aut menda latet sat antiqua, aut omnino falsa sunt, et alio referenda, quomodo enim Thessaliae et Boeotiae, regionum tantum inter se dissitatum, unus idemque lacus cogitari possit? Prope hunc lacum sita erat Κτημένη Δολοπηγίς, hoc enim nomine, ut aliis multis, quae collegit Schlichthorst. Geogr. Hom. p. 91., Thessalia vniuersa saepius legitur insignita: Dolopia enim per se est pars Thessaliae meridiem versus supra Aetolianam sita.

v. 69. *"Αὐταρξ*, Deionis f., qui in Aegina vixit et duxit Aeginam Asopi filiam vid. de eo Heyn. ad Apollod. p. 775 et 786. *Μενοεῖος*, qui etiam Il. π. 14. dicitur *"Αυτογός νήσος*. Fuit autem Menoetius Patrocli pater vid. Apollod. III, 13, 8 et Schol. ad h. l. ἐξ Οχεάτων, vrbe Locorum Opuntiorum, qui ita dicti sunt, ut discerni possent a Locris Epinemidiis, qui vnam fere regionem cum Opuntiis incolebant ad sinum Opunium supra Boeotiam, unde Menoetius apud Orpheum dicitur αὐγογός Μενείας, hinc vero apparet, recte a Schol. Thueyd. III, 89. tres tantum commemorari Locros, Opuntios, Epizephyrios et Ozolas. Caeterum *ἀγιστῶν* nomine fere semper appellat Apollonius Argonautas, propterea, quod fortissimi erant et principes iuuentutis Graecae vid. omnino Fisch. Ind. Palaeph. in *ἄγαρκα*.

v. 71. *Εὐγύριος*, Iri f., cuius quidem nomen in Ophicis non reperitur, nisi cum Burmanno v. 177. pio

ηλυθε δ' Ἀκτορίων Ἰλου παῖς Ἀκτορίωνος

legere malis, ηλυθε δ' Εὐγενίων Ἰησού π. A., et facile quidem Ἰησού mutari potuit in Ἰλου, sed etiam nomen Εὐγενίων, negligentia librarii, cuius oculis et menti iam obuersabatur alterum Ἀκτορίωνος, conuertere potuit in Ἀκτορίων, quomodo infra v. 179. Εὐφρόνιος mutatum erat in Πολυψημός. Eurytionem autem Apollod. III, 13, 1. nominat τὸν Ἀκτορέος ubi vid. Heyn. p. 785. sed apud nostrum est nepos Actoris, Irium enim patrem nominat Ἀκτορίδην. Hunc comitatus est Ἐγιβάτης, Teleontis f, cuius etiam Val. Flacc. I, 402. fecit mentionem, sed Orpheus et Apollodorus eum ignorant. Schol. ad h. l. ait: Ήρόδωρος ἐν ταῖς Αεροναυτικοῖς τοῦτον Εὐγενίβατην καλεῖ (quemadmodum supra etiam Ἐγυτος ab aliis dicitur Εὐγυτος) καὶ φησιν αὐτὸν Τελεόντος νινον, nisi forte Herodorus, memoria lapsus, Eurybaten Homeri (Il. ε, 320. ι, 170. Od. τ, 244.) confudit cum nostro Eribote. Caeterum, quamquam hic Eribotes dupli epitheto ornatur ab Apollonio, dicitur enim et ἀλκηνίς (quae est rarer huius vocabuli forma, pro ἀλκημός, quae est forma Homericā, unde etiam Schol. monet, παραγάγως δὲ ἐσχημάτισται παρὰ τὴν ἀλκηνήν, οὐς φησίς παρὰ τὴν φωνὴν,) et σύνταξις, tamen nihil admodum laude dignum de eo commemoratur, neque apud nostrum, neque apud alios, nisi quod ex II, 1040. colligi quodammodo possit, eum artis medendi non fuisse imperitum.

v. 74. σὺν καὶ τρίτοις ἦν Οἰλεύς, cuius parentes
admodum incerti sunt, cum neque Apollonius, ne-
quæ caeteri eos commemorent. Hyginus tamen
Leodoci et Agrinomes s. fuisse docet, sed Eustathius
Laonomen matrem appellat. Ex Homero (Il. v. 695.
701. coll. Virg. Aen. I, 41. Ouid. Metam. XII, 622.
et β, 727.) appetet, Oileum fuisse Aiakis patrem
et Medontis. Laudatur in primis eius fortitudo,
quam eo maxime probavit, quod erat εὐ δεδασ
ἐπαιξαι μετόπισθεν (quod vocabulum, quamquam or-
natus causa additum reperiatur, tamen non plane
superuacaneum est, ut putabat Schol.) δηλοισιν, ὅτε
κλίνει φάλαγγας, ita enim edidit Brunckius, ex
auctoritate Schol. MS. pro vulgari ὅτε κλίνει φά-
λαγγας, bene, quis enim esset verborum sensus:
peritus erat artis persequendi hostes, quando vel quoties
in fugam vertunt (nempe hostes) acies? quam ipsam
difficultatem sensisse videtur Schol. dum addit,
λείπει δὲ ὁ καὶ, οὐ δὲ, καὶ ὅτε κλίνει φάλαγγας, εἰς
φυγὴν τέψεια; sed ne sic quidem idonea sententia
erui poterit. Multis praeterea exemplis probat
Brunckius constructionem particulae ὅτε cum opta-
tiuo, de qua conf. etiam Hogouen. de partt. p. 573.
ed. Schütz, Burmannus autem, cum ex vulgata
lectione penderet, valde contortam istorum verbo-
rum explicationem attulit. Attamen, ut mihi qui-
dem videbatur, vulgata quoque lectio habet, quo
se tueatur, si modo accusatiuum φάλαγγας mutaue-
ris in nominatiuum φάλαγγες. Etenim cum, vii
Doruill, ad Charit. p. 435 Lips. docuit, verba vere
Activa nonnumquam vim verborum Passiuorum ha-

beant, nonne etiam h. l. *κατίσται* positum esse dici possit pro *κατίσται?* sic vero leviori unius litterae immitatione omnium librorum et scriptorum et editorum lectio defendi recte posse videtur.

v. 77. *καὶ Εὐβοῖς*, quae est insula maris Aegei, Locris, Boetiae et Atticae opposita, caeterum satis nota. *Κάνθος*, quem Apollonius quidem *Canethi*, Abantis filii, filium prodit, sed Orph. 139. simpliciter *Ἄβαντιςδην* appellat, et Val. Flacc. I, 453. *Abanta* genitorem eius vocat, qui quidem Abas inde nominis sibi famam comparauerat, quod ab eo incoleae Euboeae dicti fuerant *Abantes*, ut Schol. monet ad h. l., quoram etiam Homerus Il. β, 536. mentionem facit, imo Menaechemus apud Plin. H. N. IV, 21. ait, vniuersam Euboeam dictam esse Abantiadem. Hunc vero Canthum pater misit non ultra sed *λελημένον*, quod est verbum Homericum a reliquis quoque poetis usurpatum pro *προσυμεῖσθαι*, γλίχεσθαι; construitur fere cum genitiuo rei, ut infra 1164. *λελημένον ἡ πείρω*. Il γ, 133. π, 552. Ceterum *Κήρυνθος*, urbs Euboeae maritima, ἔφαλος, commemoratur quoque Il. β, 537. — 79. Verum hic Canthus non minus quam Mopsus, vates, dicitur periisse, dum ambo, una cum sociis, quos nominat Apollon. IV, 1461. pererrarent Africam (*πλαγχθέντας Λιθόν εὺς πείρων*) quaesituri scilicet Herculem, quem nuper adfuisse in istis regionibus ostenderat Argonautis Aegle, Hespiriadum una, conf. IV, 1432. Ibi vero Canthus a *Caphauro*, cui

oues iamiam erat abacturus, lapide ictus, periit,
vid. IV, 1485. Orpheus d. l. simpliciter narrat:

οὐ δὴ μοῖς ἐδάμαστος, τέλος δὲ πέθηκεν, αἰόλην,
φθεγγαὶ ὑπὲρ Αἰβύν, νοσοῦ δοκίῳ λαθέσθαι.

alii alio modo eum interisse ferunt vid. Val, Flacc.
VI, 317. et Hyginus. Caeterum verbum δημάστης
apud scriptores Atticos fere usurpatum legitur sic,
ut significet, terram aliquam hostilem vastare et de-
populari vid. Xenoph. Cyrop. III, 3, 18. 23. V, 4,
21. Zeun. Anab. IV, 5, 6. Thucyd. II, 13. 71.,
quo sensu etiam apud nostrum II, 142. legitur
δημάστης, quod Schol. explicat ἀπόρθουν, sed poetis
tamen magis visitata est generalior huius verbi signi-
ficatio, qua indicat perdere, interficere, vnde Schol.
χωνότερον νῦν, inquit, δημάστης τὸ φθεγγαῖς; sic infra
II, 117. vbi Aretam Apollon. dicit δημάστης ὑπὸ^{τι}
ξίφει Κλυτίοι, quod Schol. reddit per φρεγάθεσθαι,
conf. Od. 6, 66. et alijs multis in locis.

v. 82. Iam, qui sequitur versus, documentum
est sententiae Horatianae, breuis esse labore, obscurus
fio. Omnino enim sensus verborum *as oīn aīdēsōkōs*
— optime explicari videtur verbis ipsius Apollon.
IV, 1504. οὐ γὰς τις αἴποτερον θανάτου, mors enim
haud dubie est illud *xanòs μήνισος*, quod series oratio-
nis aperte docet. Sed vox *xanòs επανγεῖν* per se est
formula Homericā, vid. Od. 6, 106. vbi legitur
μή πού τι xanòs καὶ μείζον επανέη h. e. ne forte maius
aliquid tibi accidat malum, at si ex hisce Homeri

verbis verba Apollonii aestimes, sensus foret: *adeo hominibus maximum malum effugere* (*οὐκ ἐπαυγέτω*) licet, quae tamen sententia menti poetae plane aduersatur, recte enim Schol. Brunckii, (quae in vulgaribus libris leguntur huius interpretis explicationes, aequae obscurae sunt, ac verba poetae ipsa) interpretatur οὐκ ἔστι μέγιστον πάκος, οὐ καὶ ἐπαυγέτη τοῖς αὐθεόποιοις συμβαλλοῦ; sic vero Apollonius sententiam istam exprimere ita fere debuisset: *αἰς οὐκ ἔστιν αὐθεόποιοι πάκοι μὴ ἐπαυγέτην.* Caeterum quilibet attenus poetae nostri lector facile plures eiusmodi locos inuenire poterit, vbi nimium breuitatis studium ambiguitatem pepererit et obscuritatem, — 84. τὸν δον εἶδε Κόλχην — his verbis Schol. adscriptis haec: τοσούτοις φυτὶ μεχανισμένοις τῆς τῶν Κολχῶν χώρας, οὗτον τῶν ἀνατολῶν αἱ δύτις αφεικήσαν. ἐπεὶ οὐ μὲν λιβύη πέρη δύσιν, οὐδὲ Κολχίς πέρη ἀνατολήν, sed eiusmodi res apud poetas non ad viuum resecandae sunt, neque h. l. geographum agit Apollonius, sed verbis istis hoc tantum indicare voluit, homines istos procul a Colchide diem obiisse, neque itineris scopum attigisse.

v. 86 Κλύτιος τε καὶ Ἰφίτος, qui non confundendus est cum altero illo v. 207. commemorato. Et huius quidem meminit etiam Apollod. II, 6, 2. vbi vid. Heyn., sed inter Argonautas eum non retulit. Clytium autem unus Apollonius huius expeditionis socium nominat, qui hos fratres appellat Οἰχαλίης ιπλουγούς (reges ut Il. v., 450.) Schol. Οἰχαλίας δὲ οἱ παῖς γενίτεροι ἐκ Εὐβοίς φασίν εἶναι, οἵ Οινόπο-

δέ τε τῷ Πελασγικῷ Αἴγαιῳ (de quo Thessaliae nomine vid. quae monuit Schlichth. G. H. p. 97.) καταλέγει, οἱ τοῦ οἰχαλίνου πόλιν Εὐρύτου οἰχαλίνος, (v. Il. β., 730.) In numero recentiorum istorum, qui hanc Oechalam Euboeae urbem esse tradunt, praeter Apollod. d. I. et II, 7. 7. vbi vid Heynius, et Plin. H. N. IV, 21. ipse quoque Apollonius videtur esse, quippe quem in recensendis urbium regionumque, vnde quisque Argonautarum venerit, nominibus, ordinem quendam seruasse facile appareat. Iam Clytius infra II, 114 dicitur Iphitum fratrem, (cuius etiam Hom. Od. φ, 14 mentionem fecerat) cui mortem minabatur Aretas, Bebryx, ex periculo liberasse eo, quod ipsum hostem ense pereuteret, praetereaque suum miraculosarum, quae habitabant in insula Aretiade unam sagitta feriisse, vid. II, 1040. Hi igitur heroes sūisse prohibentur filii Euryti (matrem Schol. nominat *Antiope*) cui Apollo dicitur dedisse τόξον, sagittandi enim erat adeo peritus, ut etiam Herculis in illa arte magister habitus fuerit vid. Apollod. II, 4, 9. Sed elatus ista peritia, αὐτῷ εἰδώ (non prouocatus) ἐγίθη δοτῆσι, hinc ab Homero refertur inter eos οἱ ζευκτοὶ ἐπίζεσκον περὶ τοξῶν, quam fabulam attigit quoque Lucian. Piscat. 6. Sed male res ei cessit, nam interfactus est ab Apolline, vid. Hom. l.c., atque sic οὐκ ἀτόντες δοτίντες, Apollod. tamen II, 7, 7. docet Eurytum sublatum esse ab Hercule.

v. 90. Αἰακλίδαι, Aeacus erat filius Iouis (vid. III, 364.) matris incertae, quam enim Pindar. Nem.

VIII, 10. Apollod. III, 12. 6. cum Ouid. Metam. VII, 615. pronunciant *Aeginam*, ea ab Orph. 183 vocatur Telamonis mater. Fuit rex Aeginae, insulae sinus Saronici contra Argolidem, quae ab Aegina nomen acceperat, cum antea Oenone dicta esset, vid. Apollod. d. l., vbi tanta eius fuisse pietas narratur, ut aliquando dii, ipso intercedente, *ἀκαρπίας* poenam ab Hellade auferrent, utque adeo Plutoni fese probaret, ut etiam claves Orci ei committerentur, vnde ianitor Orci vocatur a Luciano. Diall. Mortt. XX, vbi vid. Hemsterhus. conf. Hermann. Handb. d. Mythol. P. II. p. 442. Filii ipsi fuerunt duo, *Τελαρέων*, pater Aiakis et Teucri, et *Πηλεύς*, maritus Thetidos (IV, 853.) pater Achillis, saepius laudatus ab Homero, cuius locos collegit Hermann. Myth. Handb. P. I. p. 177. Telamon autem, cum Jason iamiam aditus esset Aeeten, Colchorum regem, comes ei additus est cum Augea v. III, 196., postea cum Aethalide missus, ut ab rege peteret serpentis dentes, quos satyrus postridie erat Jason, v. ibid. 1172. Hi igitur Aeacidae venisse dicuntur οὐ μὴ ἄρτι ἀμφω, οὐδὲ ὄμοθεν, nec una, nec ex eodem loco (*ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου*, interpretatur Schol.), nam Brunckius ad h. l. animaduertit, hanc vocem etiam significare *ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους* apud Sophocl. Electr. 156. sic occurrit etiam apud Xen. Cyrop. VIII, 7, 14. Zeun.) nempe Aegina insula, ex ea enim iis fugiendum erat propter caedem fratris, ὅτε Φῶνοι ἀδελφεὸν ἐξενόρχεσσεν, Phocus scilicet itidem erat filius Aeaci, quem

Ψαμάθη τίκη, διὰ θεόν
Αίσχοῦ ἐν φιλότητι, διὰ χρυσῆν Αφροδίτην.

vid. Hesiod. Theog. 1004. Telamon autem disco-
eum necabat, capiti illius injecto vid. Apollod. I. c.
et Heyn. p. 781. 82. Qua quidem re non admodum
saluti suae consuluerant, imo stulte ($\alpha\phi\gamma\alpha\delta\eta\gamma$) egerant,
nam pater, caede comperta, eos exulare patria ius-
serat, propterea tum Τελαρέων μὲν ἐν Ἀττίδι τάσσετο
νήσῳ h. e. ἐν Σαλαμῖνι, ut interpretatur graecus enar-
rator, conf. Orph. 184. et Apollod. I. l., quae erat
insula sinus Saronici prope Atticam. Sed Πηλεὺς
Φθίη ἐν δάμακτα νάσῃ, id quod etiam affirmit Schol.
Aristoph. ad Nubb. 1059. Πηλεὺς, inquiens, Φθί-
κου τὸν αδελφὸν κατὰ πατρίδα σὺν Τελαρέων δολοφονίσας,
Φεύγει εἰς Φθίαν πρὸς Εὔρυτον τὸν Ἀκτορος, οὐφοῦ καθα-
ρεται, quae ultima verba leguntur etiam apud Apol-
lod. III, 13, 1. nisi quod pro Εὔρυτον ibi reperiatur
Εὐρυτίανα, vbi tamen Celeb. Heynius animaduertit,
esse unum idemque nomen dupli forma.

V. 95. Κεκροπίδεν, ex Attica, Κεκροπία γὰρ λέ-
γεται ἡ Ἀττικὴ, ὀπὸς Κεκροπος, τοῦ βασιλεύσαντος
conf. Apollod. III, 14. 1. ἀργῆς Βούτης, memoratus
Orph. 138., Apollodoro, Val. Flacc. I, 394. et
aliis, etiam infra IV. 912. dicitur Τελέοντος ἐν πάτερι,
sed ab Orpheo vocatur Αἰγειάδης. Hic solus cantu
Sirenum captus tranare ad eos voluisse traditur d. l.,
sed Veneris beneficio seruatus e fluctibus, deporta-
tus esse in Lilybaeum promontorium, ibique sedes
fixisse, conf. Apollod. I, 25. — 96. ἐνησεῖν, πον-

εὐμενίας, ut vulgo legitur, de qua verbi scriptura
 vid. quae Brunck. ad h. l. notauit, est ἡ πολευκός,
 ἀπὸ τῆς μελιάς, quae non modo est *fraxinus arbor*,
 die Esche, de qua vid. Pijn. H. N. XVI, 24. Funck.
 Naturgesch. Vol. II, p. 120., sed etiam *fraxinea hausta*. Φάληρος, omnibus fere Argonauticorum
 scriptoribus laudatus, Val. Flacc. I, 398. VI, 217.
 (vbi dicitur *Actaeus Phalerus*, h. e. Atheniensis,
 Acte enim antiquissimis temporibus dicebatur Attica
 vid. Ill. Heynus ad Apollod. p. 814.) Orph. 142.,
 qui cum Apollonio Alconis filium eum fuisse pro-
 dunt. Alcon autem ille a Proxeno apud Schol. ad
 h. l. vocatur *vios Εγεζθέως* regis Atheniensium, vid.
 omnino Burmann Cat. Arg. in *Phalerus*. Fuit au-
 tem Phalerus unicus Alconis f. (μοῦνος ἐόντας) et qui-
 dem τηλύγετος, quod est Schol. interprete παταγηδ-
 σχυτι αὐτῷ γενέσεως, atque adeo carissimus, οἱ γὰρ
 τοιοῦτοι, addit Schol., τῶν πατήσι εἰσὶ περιφερεῖς confi.
 Schol. ad Il. γ, 175 sic apud Hom. hymn. in Cerer.
 164. 5. leguntur verba, τηλύγετος δὲ οἱ *vios* ἐν μεγά-
 λῷ εὑπέκτῳ ὁψίγονος τείχεται, πολεύχετος, ἀσπάσιος
 τε: et tamen eum miserat pater, gloriae filii magis
 prospiciens, quam suis communidis, ἵνα θρανίεσσι
 (h. e. fortibus, ita enim fere ponitur hoc nomen
 apud poetas) μεταπέπτειος ἥγετος, h. e. ut magnam
 sibi inter heroes famam gloriampque pararet. Etenim
 μεταπέπτειος est vocabulum plane Homericum, ab
 aliis enim scriptoribus sic usurpatur διαπέπτειος, dictum
 de eo, qui alias forma, aut virtute et arte aliqua
 antecellit, sic Il. β, 480. taurus legitur esse μέγιος
 ἔξοχος πάντων, sed v. sequ. idem βέσσος μεταπέπτειος
 αὔγετος

σύγχρονης, et infra III, 343. 4. est θεωτίας εἰ πάσι
μετέπειπτε — πόλεις καὶ χαρίτεσσιν.

v. 101. Haec autem Phaleri et Alconis gloria,
in expeditione ista parta, Apollonio in mentem vocat
Θησέα, Athenarum regem, eiusque amicum Πειρίθοον,
qui si Jasoni adfuissent ἢ τέ κεν ἄρεφω εγίτερον καμ. τελ.
π. ἔτετο. Iam de ipsis Thesei parentibus et rebus
gestis constat singulari libello egisse *Meurustum*, vid.
etiam Heyn, ad Apollod. p. 894. Itaque his omni-
bus missis, ea tantum attingamus, quae Apollonius
h. l. de eo canit. ὃς πέτι πάντας Ἐρ. ἐκέκαστο, mirum
h. l. videri possit, simpliciter hoc verbum positum
esse, cum tamen Homerus et Apollonius fere sem-
per datium, ut II. v. 431., vel accusatiuum rei,
v. Apollon. II, 867. addere ament. Dicitur autem
Theseus Ἐρεχθίδης, quamquam Aegeus ipsis pater
vulgo affertur, propterea, quod gentis originem
trahebat ab Erechtheo, ita ut Ἐρεχθίδαι sint reges
Atticae, Erechthei posteri, quemadmodum *Aeaci-
dae*, *Selucidae*, et id genus alii. — 102. Ταίναρης
ὑπὸ Χθόνα, scilicet Ταίναρον erat, ut Schol. docet ad
I, 179. II, 1239. ἀρχαιότερος Λακωνικῆς, siue, ut
idem ad hunc nostrum l. monet ἡ πόλις, καὶ ἡ ἀρχα,
καὶ ὁ λιμὴν, itaque Ταίναρης Χθόνιος est Laconica, apud
quam τὰς (εἰς) Λίδους καταβάσεως τὸ σόμιον esse fere-
batur, teste Apollod. II, 5, 12., unde apud Virg.
IV, 467. cominmemorantur *Taenariae fauces*, *alta
ostia Ditis*, et apud Horat. I. Od. 34, 10. *inuisit
horrida Taenari sedes*: inde appetat Ταίναρης ὑπὸ¹
Χθόνα, nihil aliud esse, quam in Orco, apud inferos.

D

Sed αἰδηλος δεσμός est vinculum, quod cerni non potest, ἀθανάτις, ut interpretatur Schol. IV, 865. sic eodem lib. 41. legitur αἰδηλος ἀνέτιθεν h. e. caecas vias Tibull. II, El. I, 78. et 1671. αἰδηλα δεικνύεται; quod quomodo h. l. intelligendum sit, ostendit Schol., καὶ δὴ διὰ Ταυράζου τις Αἴδου κατελθόντες (Theseus et Pirithous) καὶ ἐπὶ τυρος πέτρας καθίσθεντες, αὐτοῖς ἀναστῆνται οὐ διδύνονται, hinc Virg. Aen. VI, 617. sedet, inquit, aeternumque sedebit infelix Theseus, ad quem l. vid. Heynus, idemque ad Apollod. p. 433 f. Haec vero mala eum premebant Πειρήσσος ἐπτύμενος κοινὴ ὁδὸν, ita enim bene reposuit Brunckius pro vulgari κείνην, (cuius loco iam Schol. monuit legi ab aliis κείνην,) e codd. suis, quemadmodum iam ante eum scribendum coniecerat Spanhemius ad Cællimachum. Iam, cum constet, Pirithoum eo maxime consilio descendisse ad inferos, ut raptam inde reduceret Proserpinam, sibi amatam, unde etiam apud Horat. III. Od. 4, 79. dicitur amator Pirithous, male vero cessisse istud consilium, vid. etiam Apollod. II, 5, 12. et Heyn. l. c., adeoque vanam fuisse irritamque expeditionem, putaverim, non omnino deesse lectioni vulgatae, quo se tueri posset, in primis cum forma vocabuli κείνη reperiatur quoque apud Hom. Il. γ, 376. atque sensus inde nascatur, omni elegantia non plane carens, vid. etiam Doruill. ad Charit. p. 289. Lips. — 103. ἡ τέ κεν χρήσις εγγίτερον — horum verborum sententiam Schol. monet esse hanc, εἴπερ συνέπλευσαν ἀμφότεροι τοῖς Ἀργοναύταις, ἐπενσαν ἐν αὐτοῖς μεγάλων μόχθων. Caeterum, hanc horum hominum amicitiam Lucian,

de Salt. 60. nominat τὴν ἄχει τοῦ Αἴδου ἐταιρείαν,
eandemque tantam fuisse affirmat, ὡς καὶ τοῖς ἐπιγε-
νησίοις παραδειγματι γενέσθαι τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου
φιλίαν vid. Charidem. 16.

v. 105. Τίφυς δ' Ἀγνιάθης, in quo nomine per-
inde esse, utrum Ἀγνιάθη scribas, an Ἀγνιάθη docet
Gesn. ad Orph. 120. Hic, ab omnibus inter socios
Argonauticae expeditionis relatus, Σιφαέα κάλλιπε
δῆμον Θεσπιέων, nempe Siphae erant, ut narrat Thu-
cyd. IV, 76. τῆς Θεσπικῆς γῆς ἐν τῷ Κερσαίν κόλπῳ
(qui quidem sinus est pars sinus Corinthiaci septen-
trionem spectans, inter Locros Ozolas et Phocidem,
hinc apparet Alcyonium mare potius h. l. fuisse
nominandum) ἐπιθελάσσοι, et Stephanus Byzant.
quem ibi laudat Hudson.: Σιφαί, ἐπίνειον τῆς Θεσπια-
κῆς, propterea etiam Apollon. eos appellat Σιφαέα
δῆμον Θεσπιέων; nam Thespiae, sive ut II β, 498
vocatur Θέσπεια, erat urbs Boetiae prope montem
Heliconem, quae a Plin. H. N. IV, 12. dicitur
liberum oppidum. Iam cum mari adiaceret, atque
Tiphys, ut certe diuinare licet ex loco Orphei,
traiciendis hominibus operam daret, merito ob-
peritiam nauigandi laudatur ab Apollonio, qui,
quod Orpheus d. l. extulerat verbis

ὅς πέρι μὲν βύκταισι καὶ ἀργυρόστοιν αἰέλλαις
μὲν κατιθύνειν δέδεκν πολυμήτιδι τέχνη,

elegantius atque ornato poetico exhibuit, οὐθλὸς
μὲν ὀρεινόμενον προδαῆνας (προμαθεῖν Schol.) κοῦμ' αἰλὸς

— quorum verborum sensum Schol. monebat esse hunc, ἀγαθὸς μὲν καὶ ἡμέρας τῷ ἡλίῳ, νυκτὸς δὲ πρὸς τινας τῶν ἀσέρων τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ τεκμηρίασθαι, Val. autem Flacc. I, 480. expressit sic:

peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades; felix stellis qui segnibus vsum
et dedit, aequoreos coelo duce tendere cursus.

Caeterum Brunck. ad h. l. monet, per *αἰσεῖα* intelligendam esse Helicen, allato hanc in rem loco Arati. Morbo periisse Tiphyn, tradit Apollon. II, 851. ubi tamen alias Nymphidis et Herodori de morte huius herois sententias profert Schol. conf. etiam Val. Flacc. V, 15, consentit tamen cum nostro Apollod. I, 9, 23; de monumento Tiphydis vid. Ammian. Marcell. XXII, 8. p. 300. T. 1, Bip. — 109. Iam, quicunque artifex in aliqua re excellit, eaque magnam ciuibus suis, aut aliis hominibus utilitatem affert, is a poetis dicitur impulsus, excitatus, missus esse a Minerua, id quod sexcentis apud Homerum locis docuit Köppen, conf. Hermann. Handb. P. I, p. 36. sic etiam h. l. Tiphyn, nauigandi peritia alios suae aetatis homines omnes antecellentem, eaque nunc in Argonautarum emolumendum probe vtentem, *αὐτὴν Τετταύης λαζισῆναν* — *Ἄγνωτην*. Dicitur autem Minerua *Τετταύης*, vel a Tritone, apud quem alebatur, vid. Apollod. III, 12 3. ibique Heyn., vel. a Tritonide palude Libyae, ad quam nata proditur, vid. Schol. ad h. l. et IV, 1311. conf. Heyn. ad Apollod. p. 40. in add. p. 1397.

et p. 747. vel a voce Aeolica Τείτω, qua caput significatur vid. Hermann. Handb. l. c. — 110. Ἑλυ-
δεν ἐλδομένοσιν, quod est vocabulum Homericum,
vid. Il. ψ., 422. Od. ε., 210. solis poetis usurpatum,
pro pro scriptores profaicifere dicunt ἐπιθυμεῖν, quo
ipso verbo explicatum legitur a Schol. ad III, 601.

— III. Neque vero temere Minerua hunc talem
tantumque virum gubernatorem nauis sibi elegerat,
sed amore istius nauis copta, quam ipsa exstruxerat,
αὐτὴν γὰρ καὶ τῆς θούης κάμης h. e. τεῦχεν, quod verbum
eadem de re legitur versu sequenti, neque enim sem-
per κάμενη adhibetur de re, quae magno labore,
magna virium intentione efficitur, sed omnino si-
gnificat elaborare, struere, ut h. l. σὺν δὲ αἰ "Αγρος
τεῦχεν Αρετογόθης, de quo plura dicemus infra ad v.
226. Quoniam igitur ipsa Minerua artificem in ex-
struenda naue adiuuerat, magna viisque debebat esse
eius praestantia, atque merito addere poeta poterat
τῷ καὶ προφερεῖσθαι ἔπλετο τηᾶν — Caeterum pro ἡπ-
τεροῖσιν, quemadmodum Brunckius e suis codd.
edidit, et Stephanus iam olim scribendum esse ostendit,
vulgo satis inepte legitur ἴπτεροῖσιν, uno
verbo, quo eodem vitio laborabant Orphica 307.
et 701. ubi priorem locum Gesnerus in indice cor-
rexit, alterum intactum reliquit.

v. 115. Φλίας, vulgo hoc nomen scribitur
Φλιας, sed Brunckius librorum MSS., Orphei, et
Pausaniae auctoritatem secutus, reposuit Φλιας, etiam
propterea, quoniam solemini librariorum errore I
longum mutatum non raro reperitur in ε, conf.

idem V. D. ad v. 170. Sic apud Herodot. VII, 729. non minus, quam apud Palaeph. fab. I, 3. Pelion, Thessaliae mons, scriptus erat Πέλειον ὄρος pro Πήλιοι, et apud eundem fab. 43, 2. pro Πελίαν in libris Arsen. reperiebatur Πελεῖαν, v. Fisch. ad ll. citr. et Doruill. ad Charit. p. 617. Lips. Fuit autem hic Phlias, cuius omnes sere Argonauticorum scriptores meminerunt, et cuius adeo nomen Heyniius ed Apollod. p. 181. reponi volebat pro *Phano* aut *Staphylo*, Bacchi f. et Chthonophyles, quam tamen eius matrem Orph. simpliciter Νύμφην appellat. Atque tum quidem venit ille socius Argonautis Ἀγαθυγέτεν, nam Ἀγαθυγέτα est πόλις Πελοποννήσου, ἐν οἷος Σικυῶνος κατέβη, uti docet ad h. l. Schol., quo quidem nomine appellata legitur etiam Iliad. β. 571. sed postea dicta est eadem *Phlios*, v. d. Schol. Caeterum Plin. H. N. IV, 6. contendit, totam istam regionem ab Homero nominari Arathyream, quae postea Asopis. — 116. Ibi vero habitabat Phlias Διωνύσοιο ἔκπτι, iussu Bacchi, volente Baccho. — 117. Ἀσωπὸς est h. l. fluuius, Phliasium agrum et Sicyonium alluens, quod ipsa orationis series abunde docet, vid. etiam Heyniius ad Apollod. p. 768., unde appareat, errasse Schol., qui monebat, Ἀσωπὸς ποταμὸς Θηβῶν (quod quidem per se non est falsum, est enim viisque Boeotiae fluuius Asopus, verum hic nunc non intelligitur) ἐχων τὰς πυχάς ἐν Ἀγαθυγέτῃ, quod superioribus plane contradicit, unde putabam, Θηβῶν esse a librario sciollo ortum, qui corrigere scilicet volebat verba interpretis. Phlias dicitur πηγῆσιν ἐφεσίος Ἀσωπός,

etenim ἐφίσιος, si etymologiam verbi spectes, est, qui ad larem, in foco, (ἴσια) sedet, deinde vero isto vocabulo declaratur is, qui cum aliis in eadem domo versatur, siue sit domesticus, siue peregrinus et hospes, Schol. ad I, 909. ἐφίσιοι, ἐποίκοι, Λακεδαιμόνιοι γὰρ τὴν οἰκίαν ίσται φέρει, ad quem l. vide, quos Brunckius attulit, locos, sic Od. η, 248. Ulysses se ἐφίσιος nominat Calypsus, quod Schol. expōnit per ἐπὶ τὴν αἰκίαν αὐτῆς ἐπιζενεθησόμενον, et infra III, 116. Ganymedes dicitur ἐφίσιος ὁ Θαυμάτοιος, tum vero usurpari solet de eo, qui in cimitate aliqua degit, de cive et incola oppidi, sic II. β, 128. leguntur verba: Τεῶας — ἐφίσιοι ὄσσοι ἔστιν, sed v. 130. idem exprimitur verbis: Τεῶων, οἱ γαλούχοι κατὰ πτόλει, atque hoc modo nostro in loco Phlias dicitur ἐφίσιος πηγῆσιν Ἀσωπῷο, accola fontium Asopi.

v. 118. Ἄργος, Argos h. l. est vrbs illa Argolidis, nobilis, alias enim latius patet, in primis apud poetas, hoc nomen, ita, ut non tantum singulae vrbes, verum etiam vel Peloponnesus, vel omnino vniuersa Graecia eo significetur. Ταλαῖος — Ἄργιος — Λεωδόνος, horum nomina leguntur etiam in Orph. 146., ita tamen, ut Λεωδόνος dicatur Λεωδόνος, sed Val. Flacc. I, 358. Talaī tantum et Leodicimentionem facit, Apollodorus denique in catalogo Argonautarum eos plane omisit, et inter filios Bianus refert modo Talaum I, 9, 13. vid. Heyn. p. 167. et Leodocum, III, 6, 4. qui dicitur Λεωδόνος, conf. Heyn. p. 615. Hos igitur Apollonius, cum Apollodoro et Schol. Eurip. Phoenn. 423. (435.) appell-

lat. *vī Biārtos*, sed Orphēus Ἀβαντιάδας, de quo
dissent vid. Burmann. Cat. Arg. in *Areius*, nisi
forte legendum etiam in *Orphicis* est *Biārtiādās*, nam
etiam apud Diod. Sic. IV, 68. haec nomina inter-
se permutata esse docet Ill. Heynus ad Apollod.
p. 167. Mater eorum fuit Πηγά, Νηλή, soror Nesto-
ris, vid. *Odyss.* A, 285. quae erat mulier formosi-
fima, unde ab Homero dicitur *Ιφίη* et *Γαῦμας Βερ-
ταῖς*, quam pater a multis expeditam nulli tamen
elocare volebat, nisi ei, qui boues Iphicli ex Phy-
lace abactos adducereret. Melampus igitur, Amy-
thaonis f., rogatus a Biante, fratre, Peronis proco,
auferre eos conabatur, sed in furto deprehensus, et
in vincula coniectus, anno demum peracto cum
libertate et boues accipit vid. *Od.* o, 235. Apollod.
I, 9; 12, conf. Heyn. p. 161. et Schol. ad h. l.
Hinc vero facile intelligi poetae verba poterunt se-
quentia τῆς δ' ὥρφι δύνη εμόγησε. — Iam, quemadmo-
dum δύνη significat *infortunium*, *calamitatem*, κακο-
πόθεαν, vt explicat Schol. IV, 38. siue ταλαιπωρίαν,
I, 907., et IV, 1387. componuntur verba δύνη et
ὅρφη, ita εμόγησε, est vocabulum Homericum, solis
poetis usurpatum, ita vt vel simpliciter ponatur pro
labores et aerumnas perpeti, vt *Iliad.* α, 162. *Theocr.*
Id. XVII, 107. *Apollon.* I, 1162., vel diserte
addito substantio, vt *Od.* β, 343. ἄλυσε et h. l.
δύνη εμόγησε, quod Hom. *Od.* o, 237. expressit ver-
bis πράτερ ἄλυσε πάσχειν. σαθμοῖσιν ἐν Ἰφίλοτο, qui
est idem ille Iphiclus, Phylaci f., de quo supra ad
v. 45. expositum est. Μελάμπους, qui ab Apollod.
II, 2, 2. dicitur μάρτις — καὶ τὴν διὰ φαρμακῶν

καὶ καθαγμῶν Σερπετίας πεῖρος εἰγνάσ, vocatur Aeolus, proavis enim eius fuerat Aeolus, vid. Schol. et stemmata Aeoli et Aeolidarum aquid Heyn. in Apollod. Tab. VIII. 7.) Caeterum de serpentibus aures eius lambentibus, quo augur extiterit, expousit Schol. ad h. l., confer omnino de hac, aliisque eiusmodi fabulis disputante Heyn. ad. Apollod. p. 158.

v. 122. Nunc vero rem narraturus admodum gravem, maximique momenti, aduentum nempe Herculis, elatiore usus oratione Apollonius orditur sic: οὐ δὲ μὲν οὐδὲ βίη — h. e. neque vero ne Herculem quidem — etenim, quemadmodum particulas οὐδὲ μὲν οὐδὲ, siue οὐδὲ γαρ οὐδὲ, constat poni fere ita, ut gravitatem et virtutem orationi addant, id, quod Hemsterhusius pluribus docuit ad Lucian. Nigrin. 6. p. 236. T. I. Bip., ita Hercules, solemnis Homero aliisque poetis forma loquendi dicitur βίη Ἡρακλῆς, seu Ἡρακλεῖα, de qua assatim egerunt Viri Docti, Fisch. in Praef. ad Well. Gramm. p. VI. et in animadu. p. 295. item Hogouen. ad Viger. p. 52. Zeun. Iam de Hercule ipso plura dicere, cum nullus fere scriptor, neque graecus, neque latinus reperiatur, qui eius non meminerit, non attinet: omnino tamen de eius genere, aetate et rebus gestis vid. Heyn. ad Apollod. II. 4. 8. p. 324., vt de eius laboribus Fischeri Ind. Palaeph. in Ἡρακλῆς, itemque Hermann. Handb. d. Myth. P. I. p. 147. qui Homeri locos collectos in ordinem rededit. Itaque nunc quidem in iis subsistamus, quae

noster h. l. tractauit, qui pergit: οὐδὲ μὲν οὐδὲ β.
 πεπτερόφενος (magnanimi, magnis granibusque labori-
 bus sustinendis idonei, fortis, quem Theocr. Id. 13, 5.
 nominat χαλκεοχειδίον) Ηρακλῆος — ἀθεργάτης, vili-
 pendisse, neglexisse, quod est vocabulum Homericum,
 a quo fere coniungitur cum accusatio, vt Od. 4,
 174. Il. 261. sed Apollonius ei plerumque adde-
 re solet genitium v. II, 479. III, 625. Fabula
 autem de apro Erymanthio latius exponitur ab Apol-
 lod. II, 5, 4. Scilicet in Arcadia, quae est regio
 Graeciae in medio fere Peloponneso sita, erant mon-
 tes Lampia, et Erymanthus, ex quo oritur fluuius
 eiusdem nominis, ad hunc, siue fluuium, vt Apol-
 lonius ait, siue montem, quae erat Apollodori sen-
 tentia, commorabatur aper ingens et horrendus,
 qui omnem vestabat regionem circumiacentem, sed
 Hercules, iussus ab Eurystheo, viuum capiebat
 aprum, eumque vinculis constrictum, humerisque
 impositum, deportabat Mycenas: hinc facile expli-
 cari poterunt reliqua poetae nostri verba. Nam
 Δυγκήιον "Αἴγαος (non Δυρκήιον, quam lectionis vari-
 etatem Schol. commemorat) nomen accepit a Lyn-
 ceo, qui a. Schol. dicitur ὁ βασιλεὺς "Αἴγαος, sed
 ab Apollod. II, 2, 1. μετὰ Δαναῶν "Αἴγαος δυνατεύων,
 capiendum est h. l. non tam de vrbe Argo, qnam
 de vniuersa regione, cui tum imperabat Eurystheus,
 itaque Δυγκήιον "Αἴγαος ἀμφίψας est transiens per L. A.
 διεληλυθώς τὸ "Αἴγαος, vt Schol. explicat, ita vt ante
 τὴν οὖδε intelligi debeat κατά. Caeterum βῆσσαι,
 siue, vt est apud Homerum βῆσση (vid. Il. 1, 588.
 hymn. in Apoll. 280. Od. 1, 435. vbi Schol. inter-

pretatur per τὴν πεύσθασιν τὸν ὄρεον) sunt loca montium, aditu facilia, arboribus consita et herbis, ideoque pecoribus pascendis idonea v. II. 8, 87. Od. 210. ubi Schol. ἐν βίσσοντος ἐν ταῖς πευσθάσιτι, καὶ οὐεντὸς κοιλάσι conf. infra IV, 1340. — 127. φέρειν, alere, nutritre τείσειν, proprio quidem usurpatum reperitur de cibis et pascuis animantium, ratione carentium vid. Theocrit. Id. V, 131. VII, 80., sed possum tamen non raro legitur etiam de nutrimentis humanis, vid. I, 1211. II, 393. IV, 1016: diligentissime de hoc verbo egit Fischerus in Prolust. ad Palaeph. p. 34. Caeterum τῆφος est, Schol. interprete ad h. l. καθηγεσ τόπος, sive ἐλάδης τόπος, quibus verbis usus est idem interpres ad II, 824. conf. Theocr. Id. XXV, 15. — 128. Hercules igitur inde attulerat sprum, eumque coram conacione Mycenaeorum deposuerat. Etenim Mycenae erat urbs Argolidis non admodum ampla, unde etiam ab Thucyd. I, 10. dicitur μικρὴν πόλισμα, sed εὐτὸς Μυκηνῶν ἀγορῆσι idem esse videbatur quod apud Herodorum, ἐπὶ τὰς πύλας τῶν Μυκήνων. — 129. δεσμοῖς ἰλλόμενος, Schol. δεδεμένος, videtur enim ἰλλεσθαι propriè significare conuolui, sic apud nostrum II, 27. leo dicitur ἰλλόμενος ὄρειλα, quod Schol. interpretatur συνιλούμενος, συνεψόμενος, unde etiam vincula et laquei, utpote contorti at conuoluti ab Hom. Il. v. 572. dicuntur ἰλλάδες, unde altera huius verbi orta est notio, inuolui, irretiri, constringi, quemadmodum II, 1249. Prometheus appellatur ἰλλόμενος χαλκέησι ἀλυκτοπέδησι. μεγάλων ἀπεθήκατο γάτων, ad quae verba Schol. animaduertit,

διὸς δὲ τοῦ Ἀπεθήκατο τοῦ βησαλίουτος ἐπιδείκνυται οὐδένεις, ὅτι εὐχερῶς, non male, magis tamen eam significari putauerim verbis μεγάλων νατῶν, atque adeo praeclare usus videtur esse hac in re poeta non singulari numero, sed plurali. — 130. Apro deposito Hercules abiit sua sponte (ἡ ἀρνητική) etiam inuitio Eurystheo, (παρεῖ πόστον Εὐρυσθέος) qui erat filius Stheneli et Nicippe, ut Apollod. docet II, 4, 5. vid. Heyn. siue Astydamiae, quae erat opinio Schol. Thucyd. ad I, 10., nobilis cum fraude Junonis, quae, cum ex Joue audisset, eum ex duobus pueris, qui primus in lucem ederetur, imperaturum et Mycenis et alteri, dolo effecit, ut prior nasceretur Eurystheus, qua de re locus classicus est Iliad. 2, 95., tum duodecim illis laboribus Herculi impositis, quos admodum lepide Lucian. in Joue Trag. 21. iocatur Eurystheum illi imposuisse ὄπο φιλανθρωπίας, vbi idem ἀνὴρ δικαῖος nominatur, quem Virg. Georgg. III, 4. durum dicit Eurysthea vbi vid. Heynius. — 131. οὐν καὶ εἰ Τάνος, Ἡρακλίους ἐρώμενος, vidi Θεοδάρειντος, τοῦ Δεύτοντος, ut ipse quoque poeta eum appellat I, 1213. vbi Schol. multas allorum de patre eius attulit sententias, conf. etiam Schol. Theocrit. Id. XIII, 7. Dicitur λεπτός (h. e. vel *formosus* vel *fidelis*) ὄπεαν, quo quidem vocabulo Homerus vtitur fere de comite atque amico u. Iliad. 2, 165. ψ, 360. sed ab aliis, ut Sophocl. Antig. 1108. Eurip. Hec. 967. isto nomine insigniuntur *ministri* et *serui*, quo eodem sensu etiam Hylian h. l. dici apparet ex iis, quae v. 1208. leguntur. — 132. πρωθήβης h. e. qui primos pubertatis annos ingressus est, quod est

vocabulum Homero frequenter usitatum vid. Solen. ad Lucian. Diall. Mortt. p. 420. Vol. II. Bip. Eundem Orph. 225. describit sic:

καλὸς Ὑλας, τὸν δὲ εὐπάτερέος δροσεροῦ γενεῖον
ἀργενῆς ἐρύθρης παρηδός αἰρέος ιουλος
ἀλλ' ἔτι καῦρος ἔην, πολὺ δὲ ηδικε τῆρας Ἡρακλῆς.

τὰν τε φορεύει Scholi. διέχων, quae vocabuli forma occurrit etiam II. σ., §66. φύλακος τε βίοιο, Schol. Ἰωνικῶς ὁ φύλακος ἀπὸ τοῦ φύλακος, ἀσπερ καὶ τὸ μάρτυρος, δέσμοντεον τὴν πράτην. Ἡραδικὸς δὲ τὴν τελευταῖς δέζενται. occurrit etiam apud Herodot. I, 53. II. α, §66. et aliis in locis. Caeterum notandus est hic quoque locus, quo Hercules non clava armatus, sed arcu fingitur vid. Hermann. Handb. P. I p. 152. II, 276. iam Hylas iste cum aliquando aquatum abiisset, raptus esse dicitur a nymphe fontis, quae

λατὸν μὲν ποιήσασθεν ἐπ' αὐχένος καθετο πῆχυν,
κύσσας ἐπιθύουσα τέρεν σόμα. δεξιάς δὲ
ἄγκην, ἐσπασσ χειρί, μέση δὲ ἐνικάββαλε δίνη.

vid. Apollon. I, 1237., quem cum quaereret Hercules, opinatus eum a praedonibus esse raptum, relictus ipse dicitur ab Argonautis I, 1273. conf. Schol. ad v. 1289.

v. 133. Δαναοῖο γενέθλη, quae est forma huius nominis Homericā, a quo usurpat vel de origine alicuius rei, vt Iliad. β, 857 ἀγνύε γενέθλη, vel de

genere alicuius hominis ut II. s., 270. sic etiam h. I.
 Δαναέτο γενέθλη est, qui ortus est de gente Danaī,
 Δαναίδης, conf. II, 962. sed vtitur hoc vocabulo
 Apollonius etiam sic, vt eo significet progeniem ho-
 minis et liberos, vt IV, 1108. Eurip. Phoenn. 693 ita
 adhibuit vocem γενέθλας. Danaus autem, filius
 Beli, fratri Aegypti filios timens fugit ad Gelano-
 rem, a quo regnum in Argiuos accepit, atque ge-
 nuit quinquaginta filias, caede maritorum, poena-
 que eam consecuta apud inferos, nobiles, inter
 quas fuit etiam Αμυμάνη, Nauplii mater. Sed
 Nauplius a nostro commemoratus apud Schol. dici-
 tur ἀπόγονος τοῦ ἀεγκαίου, τοῦ Ποσειδῶνος γινοῦ καὶ Λαμ-
 πάδης τῆς Δαναοῦ. Mira omnino est huius virtusque
 Nauplii, maioris et minoris, confusio, quam non
 parum auxilie videbatur Burmann. in Cat. Argon.
 Scilicet Orph. 200 rem narrat sic:

Ναύπλιος αὐτῷ ἵκανεν, Ἀμυμάνης φίλος νιός
 ἐν τέκεν εὐηγέρτεα περικλυτῷ Ἐποτηγαίῳ,

sed Apollonius aperte inter Argonautas refert alterum,
 cum quo facit etiam Schol., quemadmodum appa-
 ret ex verbis ipsius supra allatis. Errabat igitur
 Burmannus, qui, Scholia festo vero, inquit, Apollonii,
 duos fuisse Nauplios tradit; hunc fuisse veterem Nep-
 tuni filium et Argonautam (imo alia omnia docebat
 interpres) alium vero ex eius posteris Nauplium.
 Hanc vero horum nominum confusionem esse sat
 antiquam docet iam Strabonis locus ab Heynio ad
 Apollod. p. 274. citatus. — 134. Iam Nauplius

iste erat Κλυτονήσου Ναυβολίθεο, cuius stemma deducit poeta vique ad Nauplium priorem, quem monet esse filium Neptuni et Amymones, de qua vid. Apollod. II, 1. 4. et Lucian. D. Marin. VI. qui etiam hunc mythum attigit. — 138. ὡς πέρι πάντας ἐκπίνυτο ναυτιλίησι, haec verba dubitationem iniiciebant Burmanno, annon etiam Apollonius, ut Orpheus, Hyginus et alii Nauplium, Neptuni et Amymones f., inter Argonautas referret, quod sane ex his verbis non sequi videtur. Quamquam enim ipse Apollonius infra II, 898. tradit, Nauplium contendisse cum Ancaeo, Ergino et Euphemio, veterorum successor Tiphydis in dirigenda naui et gubernanda esset eligendus, tamen recte dici potest nepos eandem artem calluisse, qua abauus praefliterit aliis et excelluerit; deinde sic non video, cur stemma istud apposuerit poeta. Caeterum hic Nauplius dicitur inuentor Viriae maioris v. Hermann. Handb. P. III, p. 8.

v. 139. "Ιδησσων ab omnibus memoratus, etiam Apollod. I, 9, 23. quamuis in Argonautarum indice nomen eius non legatur, vid. Orph. 185. Val. Flacc. I, 228. Erat ultimus eorum, qui ex Argo profecti huius expeditionis socii venerant, et si διδαχώς τὸν ἑών μούρον οἰωνοῖστην, se nempe non redditum in columem, sed in ipso itinere moritum. Cum igitur aliquando in Mariandynorum terra ambularet, aper horrendae magnitudinis ex improviso eum adortus necabat, vid. II, 815. Apollod. d. l. quod quidem fatum instare sibi didicerat οἰωνοῖσιν, auguriis,

quibus ipse infra v. 443. addit nomen *κανός*. et ait,
domi iam ipsi hoc fuisse cognitum, et tamen aderat,
propterea, μή οἱ δῆμος ἐντείνεις ἀγαθούτο, quorum
verborum sensus esse videbatur hic: ne cives ei inui-
derent gloriam, ex auguriis et diuinandi arte capram,
cum tamen nihil dictu magnopere dignum egisset;
istis enim temporibus constat non nisi fortibus in bello
viris magnam gloriam, nominisque famam conti-
gisse. — I42. οὐ μὲν ὅγ' οὐδὲν "Αβάντος — nam in Or-
phicis dicitur "Αβάντος πατέρος νόθος, sed v. 721. nomi-
natur 'Αμυνάδης, et ab Apollon. II., 815. 'Αβάν-
τιάδης. Nempe cum de patre eius non satis consta-
ret, et tamen inuenientur, qui Abantem eius
patrem ferrent, ipse vero arte vaticinandi esset mirum
in modum instructus, fabulosa antiquitas Apollin-
em ei dedit patrem, modo addito, modo plane
omisso Abante. Alii vero, qui "Ιδμεων non proprium
nomen, sed appellatiuum esse putarent, contendeb-
ant, Thestorem, Calchantis (Iliad. α, 92. β. 300.)
patrem hoc nomine insigniri, sed hunc Pherecydes
ait esse Idmonis patrem, vid. Schol. ad h. l. Quid-
quid sit, numerabatur, certe inter Aeolidas, dicitur
enim κυδελίμοις ἐνχειθμοῖς Αἰολίδης, quibus verbis
Schol. addit haec: Αἴλου γάρ τοῦ "Ελλήνος Κενθέως καὶ
Αθάματος. Κενθέως δὲ Αἴταν. Αἴτανος δὲ οἱ Ισόταν. "Αβάς
δὲ, Μελαίμποδος οὐ τοῦ 'Αμυνάδην, τοῦ Κενθέως, τοῦ
Αἴλου. — I44. οὐδές δὲ (Apollo, pater) θεοποιίας
εδί διεξεγε, nempe id genus artis diuinandi, quod
partim auguriis constat, (οἰνούσις τὸν αλέγειν) partim
arte e victimis ardentibus futura praedicendi, h. e.

Ἐμπύρων

"μετηρίας οὐκάστ' ἴδεσθαι, quae ab Eurip. Phoen. 971. dicitur ἐμπνέοσ τέχνη, apud quem v. 1271. leguntur verba, μάντεις δὲ μῆλος φαλαρόν, ἐμπνέοντος δὲ αὐταῖς, ubi Schol. animaduertit, per ἐμπνέοντος αὐταῖς indicari τὰς τοῦ πυρὸς αἰνάδοσις, καὶ τὰ φάτια τὰ ἐκ τῶν ἐμπνέων ἀναφερόμενα, οὐφ' ἣν σημειοῦνται οἱ μάντεις, quae ars uno vocabulo dici solebat πυρομάντεικ, siue δι ἐμπνέων μάντεια vid. Potteri Arch. Gr. T. I, p. 700. Tale varicinium ex ignibus et fumo combustorum specimen Idmon edidisse legitur infra v. 443.

v. 146 Αἰτωλίς Λέδα duplice modo intelligi potest ex mente Schol. ήτοι διὰ τὸν χάρακα, ή ἀπὸ τοῦ Αἰτωλοῦ, τοῦ ἡγεμονοῦ. Seilicet Leda erat Thestii, (vt Apollod. eum nominat l. 7, 10. vbi vid. Heyn. p. 111.) seu Thespia, (vt Schol. vult ad h. l.) Aetolie regis, filia, et Laophonae siue Leucippes vid. Heyn. d. l. Quod autem addit Schol. ή ἀπὸ τοῦ Αἰτωλοῦ, hoc explicari potest ex stemmate, quod Apollod. edidit l. cit. Iam Leda a Ioue sub cygni specie compressa, peperit Pollucem et Castorem, sed hic ab Apollodoro Tyndarei f. appellatur, conf. etiam Pind. Nem. X, 151. Homerus utrumque Tyndarei f. dicit Od. λ. 297. et haec forte antiquissima ratio, ait Heyn. ad Apollod. p. 717. Iam Pollux h. l. ornatur apposito περτερός, fortis, cuius quidem fortitudinis documentum edidit in certamine eum Amyco, Eubrycum rege, quem pugilatu vicit, vid. II, 19. conf. Theocrit. in Dioscuris 25. unde Lucian. D. Deorr. XXVI. dicit, eum habere ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ λύχνη τῶν τραυμάτων. Castor autem ἀνυπόδαν δεδακτέος ἵππαν, unde Horat. II, Sat. I, 26. Castor

gaudet equis, quo prognatus eodem pugnis: et I.
 Od. 12. 35. Dicam et Alcidas, puerosque Ledaes,
 Hunc equis gaudere, illum superare pugnis Nobis-
 lem; etiam apud Homer. II. 2, 237. Od. 1, 299.
 legitur Κασορά τ' ἵπποδαρον, τοὶ πνέογαθον Πολυδευκεον.
 conf. Ouid. Metam. VII, 301. verum in his attri-
 butis non adeo sibi constant scriptores veteres, imo
 utrumque interdum equo insidentem singunt, vid.
 Heyn. ad Apollod. II. cirt. et Hermann. Myth. P.
 II, p. 142. — 148. τοὺς δὲ γε δόμοις ἐν Τυρδαρέοις.
 — Tyndareus erat rex Lacedaemoniorum, de quo
 vid. Apollod. III, 4, 10 et II, 7, 3. cuius in ae-
 dibus Leda hos filios peperisse dicitur τηλυγέτος
 Schol. σὺν αὐτῷ τοῦ ἀγαντητού. hinc, opinor, expli-
 cari poterunt verba, οὐδὲ ἀχθόνος νικομένοις, neque
 morem non gesit cunctibus h. e. passa est eos proficiisci,
 non retinuit abire cupientes, quamuis essent diiectissimi,
 et quidem propterea, quia, Ζηνὸς ἐπάρχια καθετο-
 λέπτρων, curabat, quae digna essent concubitu Iouis h.
 e. cupiebat, ut et hi filii magnis et praeclaris rebus
 peractis dignos se redderent tanto patre filios; sed
 ista pro more breuius iusto protulit noster, adeo,
 ut nimia breuitate obscurus fieret. Caeterum om-
 nem h. l. fabulam Tyndaridarum recensere, et dif-
 ficultates in ea obuias soluere, huius loci non est,
 nec vñquam ita a quoquam fieri poterit, vt omnibus
 omnino satisfiat, in primis cum per nomen Dioscu-
 rorum, quod non his tantum proprium esse constat,
 (vid. Cic. Nat. Deor. III, 21.) plures eaeque ad-
 modum diueriae fabulae videantur in vnam coactae,
 conf. omnino quae hanc in rem disputata sunt ab

Celeb. Heynio ad Apollod. p. 719. et ab Heristē,
huso ad Luc. D. D. p. 331. T. II. Bip., quibus ad.
de etiam Hermann. Handb. d. Mythol. P. III, p.
172.

v. 151. οἱ τὸν Ἀφαρευτὸν δαῖς — Arphareus, Perie-
ris f., fuit pater Lyncei et Idae, quos genuit ex
Arene, Oebali filia, vid. Apollod. III, 10, 3. sili
alias matres iis assignant vid. Schol. ad h. l. Et
Idas quidem nominatur ὑπέρβιος, violentus, non mor-
do propter impietatem in deos, eorumque contem-
tum, vid. infra v. 467 475. sumمامque audaciam,
qua incitatus etiam cum ipso Apolline certare non
detrectauit de Marpesia, amasia, vid. Apollod. I,
7, 9. Iliad 1, 553. sed etiam propterea, quod, cum
aliquando lis orta esset inter eum et Tyndaridas de
sortitione praedae, (vt narrat Apollod. III, 11, 2)
sive de raptis Leucippi puellis, (vid. Theocritus,
sive quisquis auctor est partis alterius Id, XXII)
ipse utrumque interfecit, fulmine propterea tactus
a Joue vid. Pind. Nem. X, 112 et ad eum l. Heyn.
Eius frater Lynceus ob singularem oculorum aciem
in proverbium paene abiit, qua de re postea expone-
tur — 152. Hi omnibus fere mythicis commemo-
rati et inter Argonautas relati, venere Ἀρηνῆς;
Ἀρήνη autem, quae ab matre eorum nomen traxit,
est πόλις Πελοποννήσου (h. e. Messeniae) πλησίον Πύλων,
καὶ Ὁμηρος, οἱ δὲ Πύλων τὸν ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν.
(Il. β, 591.) Πύλων δὲ αὐτὴ ή Νέσσος, η καὶ αὔρη-
δης, (quod tamen negabat Schlichthorst. Geogr.
Hom. p. 46.) quam ipsam et Plin. H. N. IV, 7. in
Messeniae oppidis nominat. — μεγάλη περιθάρεσσε

αλκῆ, cuius specimina ediderunt et in pugna cum Polluce et Castore supra commemorata, et in veneratione apri Calydonii, vid. Apollod. I, 8, 2, etiam infra III, 556. Idas unus perhibetur fuisse iratus Jatoni, quod non suis viribus fretus et aperte, sed dolo et Medeae confisus artibus labores peracturus erat ab Aeete sibi impositos. — 153. Λυγκεύς δὲ καὶ οἰνούταρος — satis decantatus ille mythus de summa oculorum Lyncei acie, qua vel intima terrae perspicere poterat, quam Orpheus 179. describit his verbis:

Λυγκεύς δ', ὃς τὴλισα δι' αἰθέρος ηδὲ θαλάσσης
βένθεκ, καὶ Πλουτήος υποχθωνίοιο βέρεθρα
μενος ὡπὸν αὐτερώπαν δεινοῖσιν ὀπάκεν οὔσοις.

vid. Apollod. III, 10, 3. Pind. Nem. X, 114. et quos laudavit Fischer. Ind. Palaeph. in Λυγκεύς. Cæterum pro ἐξει πατέρᾳ χθονὸς Brunckius, auctoritate Schol. Aristoph. ad Plut. 210. reposuerat γέρεν υπὸ χθονὸς, utpote melius, sed non placuit viro doctissimo addere huius mutationis causam, qua eodem non putauerim opus esse, cum πατέρᾳ χθονὸς eodem sensu etiam ab optimis scriptoribus dictum legatur, ut Eurip. Phoenn. 827. adeo ut unius Scholastæ auctoritas, quos memoriter saepe laudare locos scriptorum constat, non valere videatur contra omnium librorum fidem.

v. 156. Περικλεύμενος Νηλός, mater eius fuisse proditur Chloris, Amphonis filia, cuius etiam Homerus meminit Od. λ, 282, vid. Apollod. I, 9, 9. ubi conf. Heyn. p. 155. et Schol. ad h. l., qui attulit quoque locum Homeri, ubi Periclymenus filius

Nelei natu maximus fuisse narratur. Erat autem Neleus iste Neptuni f., rex Pyli, de quo multis exponit Nestor, filius Iliad. λ, 682. v. omnino Heyn. l. d. Hermann. Handb. d. Myth. p. 113. Duodecim ipsi fuisse feruntur filii, quorum nomina leguntur apud Apollodorum et Schol. ad h. l., sed omnes, praeter Nestorem, sublati sunt ab Hercule vid. Iliad. l. c. Horum Chromius fere dicitur natu maximus, sed Apollonius Periclymenum h. l. dicit περιβύτατον παιῶν, ὅτος ἐν Πύλῳ — in Orphicis v. 153. longe aliter de patria nostri exponitur, qui tamen locus est admodum depravatus, adeo ut nec sine libris scriptis medela speranda videatur; sunt autem verba haec:

Ἐν δὲ Περικλῆμενος Νηλίος εἰσαφίκανεν,
ἀγχόθε Πελάνης τε καὶ εὐέδροιο Λιτέζου
ἄσυ λιπών ἀφεσὸν, ὀρεινόμοντος τε Κολαίνας

vbi vid. interpretes. — 158. Iam Neptunus, auius, ei praeter summam fortitudinem (ἀλητὴν ἀπειρεσίν) dederat etiam hoc, ὁ, τηι κεν ἀρήτωτο μαρνάμενος — quae verba sic explicabat Schol. τοῦτον δὲ, ὡς ἔχ-
γον αὐτοῦ, ὁ Ποσειδῶν (Νηλεὺς γὰρ Ποσειδῶνος) ἄλλοις
τε ἐκόσμησε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ εἰς πάντα μεταβάλ-
λεσθαι. at idem illud aui donum exitio ipsi fuit;
nam cum Hercules bellum cum Pyliis gereret, atque
Nelei filios reliquos occidisset, hic praeter alia mu-
tatus in apem, sive muscam, vt monet Schol. ad h.
l., opprimebatur, vid. Apollod. d. l. atque Hey-
nius ad eum locum. Rem ipsam Hesiodus compre-
henderat versibus a graeco interprete seruatis his:

Περικλύμενόν τούτης αγέραχου,
 ὄλβιον, φησί δέρε ποσειδάων θυσίχθω
 παντοῖ. ἀλλοτε μὲν γάρ εὐ οὐνίθετοι Φάνεροι
 αἰετός, ἀλλοτε δ' αὖτε πελέσκετο, Θαῦμα ιδέσθαι,
 μύρμηξ. ἀλλοτε δ' αὖτε μελισσέων ἀγλαχά φύλασ.
 ἀλλοτε δεινὸς ὄφης, καὶ ἀκρείδιχος. εἶχε δὲ δῶρα
 παντοῖ, οὐκ ὁνομαστά, τὰ μὲν καὶ ἐπειτα δόλωσεν
 βουλῇ Ἀθηναῖς

conf. etiam Ouid. Metam. XII, 556. Caeterum
 ξυνοχὴ πολεμοῦ est ipsum illud temporis punctum,
 quo iamiam congressuri sunt pugnantes.

v. 161. Ἀμφιδάμας Κηφεύς τε — ambo nume-
 rantur inter Argonautas ab Orph. 148. vbi haud
 dubie legendum est Ἀμφιδάμας pro vulgari Ἄφιδάμας,
 vid. interpretes ad eum locum, Val. Flacc. I, 374.
 sed Apollodorus inter heroas, itineris socios, no-
 minat tantum Cepheum, atque adeo nec inter filios
 Alei mentionem facit Amphidamantis III, 9, 1.
 quem potius Lycurgi filium dicit, imo ipse Apollo-
 nii Schol. eum omisit; attamen etiam infra II, 1048.
 dicitur Ἀλεοῦ πατής. Magis sibi constant mythici in
 Cepheo Schol. enim, δύο δέ εἰσι Κηφεῖς, inquit, οἱ
 μὲν Ἀλεοῦ, οἱ μητρούεις Απολλώνιος. οἱ δέ εἰτεροι, οἱ
 μητρούεις Ελλάνικος εὐ τῷ περὶ Ἀρκαδίας, quem Apol-
 lod. I, 8, 2. Lycurgi f. facit, eumque in Calydo-
 nii apri venationis sociis refert, vbi vid. Heyn, p.
 118, qui alios auctores Apollonium secutum esse
 probabile censet. Caeterum notanda est etiam
 descriptio Val. Flacci d. l.

71
quique Erymanthei sudantem pondere monstri
Amphitryoniaden Tegeaeo limine Cepheus
iuuit.

Amphidamas autem et Cepheus venerant Αρχαδίντειον
quae quidem eorum patria strictius adhuc enuncia-
tur et definitur verbis, οἱ Τεγέων καὶ κλῆρον Ἀφειδάν-
τειον ἐναῖσιν, erat enim Tegea Arcadiae vrbs, vid.
Plin. H. N IV, 10., quam dicit κλῆρον Ἀφειδάντειον,
nam cum diuisissent inter se filiis Arcadis regnum
paternum, Aphidas sorte nactus est Tegeam, vid.
Apollod. et Schol. Hinc Pausanias, cuius verba
iam Brunckius adscriperat, τοῖς δὲ παισιν, inquit,
οἱ ἡνέκθησαν, διένειπεν Αρχὰς τριχῇ τὴν χώραν, καὶ αὐτὸς μὲν
Ἀζώνος ή Αζώνικη πετραί ἀνομάσθη — — Ἀφειδᾶς δὲ Τεγέαν,
καὶ τὴν προστικήν ταύτην ἐλαχίν. ἐπί τούτῳ δὲ καὶ ποιτεῖ
καλοῦσιν Ἀφειδάντειον κλῆρον τὴν Τεγέαν sic Callim.
hymn in Lauacr. Pall. 142. Argos nominat Δικαῖην
κλῆρον.

v. 163. Iam tertius inter Alcidas recensetur
Lycurgus, de quo vetus interpres, μητρονεύει καὶ
Ομηρος τούτου τοῦ Λυκούργου, τοῦ Λυκόνγου ὑποφθατείς
Δημήτριος περιέψεται. (Iliad. 7, 144.) καὶ σύγεται μω-
λείκη ἔοστη παχεῖς Αρκάσιν, ἐπειδὴ Λυκούργος λοχήσας κα-
ταὶ τὴν μάχην εἶλεν Ερευθαλίαν. Sed multum a vero
aberrasse et illum Homeri Lycurgum confundisse cum
hoc nostro, docuit iam Burmannus Cat. Arg. in
Ancaeus, et vel ipsa orationis series meliora edocere
hominem potuisse, dicitur enim τῶν αὐτοφω (Amphida-
mantis et Cephei) γνωτὸς (quod quidem vocabulum
etiam ab Homero positum legitur de fratre ut Il. 2,
174. v., 697. conf. Callim. in Jou. 58.) προγενέσσεος,

imo apud Orph. 197. dicitur γηρειός. Celebratur autem h. l. praecipue eius pietas in patrem, α'λλ' ὁ πεν ήδη γηρασκοντ' Ἀλεον — h. e. ille remanebat in urbe, ut curam gereret Alei senis. — 167. πάντα δὲ ὅτι σφετέρωι κας. Κπασσις, comitem dedit, qua huius verbi significatio non infrequens est Homero. Cae- terum hic eius filius erat Αγκατός, qui etiam in Or- phicis 196 Val. Flacc. I, 377. et Apollodoro annu- meratur Argonautis. Erat hic Ancaeus tanto apud socios honore, ut ipsi quoque non minus, quam Herculii, sine sorte concederent medium in transitis locum vid. I, 398 — 168. Βῆ δὲ οὐε Μαιναλίν αἴγετον δέξος — quae verba Doruill. ad Charit. p. 443. Lips., qui δέξος clypeum aut loricam notare putabat, iungere volebat cum verbo πάλλων, ita ut δέξος πάλλειν dice- retur is, cui vadenti concutitur aut vibratur, quae quidem ratio et si non adeo inepta esset, imo satis ingeniosa, sic enim etiam Il. 2, 238 legitur ναμησσας βᾶν αἴγελένην, tamen Brunckius ex II, 120. intelli- gendum esse censebat προσχόμενος, aut aliud eiusmodi verbum. Iam cum προσχόμενος l. c. ab Schol. expli- cetur βροβαλόμενος ἀντὶ ἀστίδος, quod in hunc locum minime videtur quadrare, malim ex Orpheo intelli- gere αμπισχόμενος, etiam propterea, quia in sequen- tibus poeta ostendit, Caeneum nullis omnino indutum armis coetui fese immiscuisse Argonautarum. Cae- terum Μαιναλίν αἴγετος dicitur ab Maenalo, Arcadiae monte, vid. Schol., etiam apud Ouid. Trist. III, 11, 8. commemoratur Maenalis vrsia. Hac vrsae armis pelle et bipenni armatus securi auunculos comitabatur, aliis omnibus desitutus armis; πρεσ-

γάρ οἱ πατροπάτωρ — καλῆ Schol. ἀντὶ τοῦ οἰκίου,
κυρίως δὲ ἡ ἐκ καλῶν πατροπάτου αρμένη. καλαὶ δὲ τὰ ξύλα.
ξυλίναις γάρ ἔχειντο τὸ πατεῖσθαι οἰκίαις, λίθαις μηδέποτε
ἔπικονθένται. — 171. οἴ τέ πώς καὶ τὸν — ne scilicet
et omnibus orbatus filius eo trifliorem ageret fene-
ctutem.

V. 172. Aύρεις (quae est forma huius nominis
poetica, alias dicitur Aύρεια) hunc praeter Val.
Flaccum omnes recensent inter huius expeditionis
socios; et Apoll. quidem h. I. et III, 362. Orph.
212. et Theocrit. Id. XXV, 54. Solis f. eum ap-
pellant, quibus cum etiam consentit Apollod. I, 9,
16. in catalogo Argonautarum, et II, 5, 5. ubi
tamen alios eum Neptuni, alios Phorbantis filium
putasse docet, vid. Schol. ad h. I., sed Pausanias
non Ἡλίου, solis, sed Ἡλείου Elei f. tradit, vid.
Heyn. ad Apollod. p. 361., quod eo verisimilius esse
videbatur, cum sic facillime intelligi possit, quo-
modo Solis f. dictus sit; praeterea Schol. h. I. anim-
aduertit ἐδόκουν δὲ ἀντίτινοι ἀπολάρητειν αὐτοῦ τῶν ὁφθαλ-
μῶν, hinc appetat, claritatem hanc atque splen-
dorem oculorum fabulae dedisse originem — 173.
Ἡλείος δ' οὐδὲπέπτει εμβατίλευς, quae huius verbi
forma reperitur etiam Iliad. β, 206. Hesiod. Εργ.
καὶ Ἡμ. III. conf. infr. 798. Elis autem erat regio
Peloponnesi maritima, pecoribus alendis admodum
apta, vnde etiam Odyss. φ, 347. dicitur ὑππόβοτος,
conf. Il. λ, 670. Olympicis ludis in honorem Iouis
institutis clara, vid. Plin. H. N. IV, 6; diuide-
batur εἰς ὀγειρὴν καὶ κοίλιν, quae sunt verba Schol.
Thucyd. ad II, 25. — 174. ὄλβῳ κυδίον, istis

enim temporibus regum diuitiae cernebantur maxime multitudine gregum, vnde Augeas, qui πολλας
άιχε βοσκησάτων τοίπερα, vt docet Apollod. d. l. ha-
bebatur ditissimus. Nobile adeo stabulum Augeae,
quod vno die Hercules, iussu Eurysthei purgauerat,
vt etiam in proverbium abierit; nam apud Lucianum,
τὴν Αύγειου Βουτασίαν ἀνακαθήγεσθαι, Alexandr. I. et
τὴν κόπερον ἐκκαθάρει τοῦ Αύγειου, Fugitt. 23. dictum
legitur de re difficulti aequa ac molesta. Augeas
vero, rex ipse opibus abundans, eam potissimum ob-
causam socium se expeditionis Argonautis iunxerat,
quia μέγις ίετο Κολχίδα — σημάντορες Κόλχων, Aeetes
enim, Colchorum rex, erat Solis et Perseidis f.,
quod docent Hesiod. Theog. 956. Schol. Apollon.
ad III, 200 et 242 Apollod. I, 9, 1. vbi vid.
omnino Heyn., frater Circes, et Medeae pater,
rex non modo opulentus (v. III, 215.) sed etiam
faeuus et atrox v. IV, 230.

v. 176. Ἀστέρεος δὲ καὶ Αυριῶν, etiam Orph.
213. viri que meminit, sed Val. Flacc. I, 367.
Amphionem tantum commemorat, Apollodorus
utrumque omisit, Schol. denique ad h. l. Ἀστέρεος
τὸν Ἀστερίων λίγες, quae est solemnis horum nomi-
num permutatio, errabat tamen in hoc interpres,
cum valde diuersi sint Asterion et Asterius. Fuerunt
Ὑπεράστιον λίγες, quem Achiae regem dicit Schol.,
addens, καὶ πόλις Ὑπεράστια. "Οὔποτε. οὐδὲ Ὑπεράστιν
(sive Ὑπεράστιν), vti nunc quidem legitur in libris
editis Iliad. B, 573 conf. Odyss. o, 254. Caeterum
non confundendus est hic Amphion, Hyperasii f.,
cum altero illo Thebarum conditore, cuius fabula

acu picta erat in Iasonis chlamyde I, 736. — 176.
 Fratres illi Πελλήνης ἀφίκετον Αχαιόδος, erat enim et
 alia eiusdem nominis vrbs Arcadiae, de qua tamen
 recte monet Schol. haec: ἡ Ἀχαιὴν Πελλήνην διὰ τοῦ Ε,
 ἢ δὲ ἐπέρεια, ἢ της Λεκαδίης, διὰ τοῦ Α γράφεται, confi-
 de hac vtraque vrbe diligentissime, ut solebat, dispu-
 tantem Morum in Exam. quorund. loc. Hist. Gr.
 Xenoph. c. IX et interpretes Thucid. ad IV, 120.
 Quod autem addit idem Schol., Ἀχαιὸς δὲ μέρος Θεσ-
 σαλίας, ἡς ἡ Πελλήνη, nesciebam vnde hausisset,
 Achaiam enim et Thessaliam interiacet sinus Corin-
 thiacus. Nomen acceperat ista vrbs a Pelle, Hyper-
 rasii patre, ὃν ποτε Πέλλης πατρόποτας ἐπόλισσα, Thucyd. l. d. φασὶ δὲ, inquit, οἱ Σκιαναῖοι, Πέλλη-
 νῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δ' ἀπὸ Τερίας
 σφῶν τοὺς πρώτους κατενεγένηνται ἐς τὸ χωρίον τοῦτο, τῷ
 Χειμῶνι, ἢ ἐκεῦσαντο Ἀχαιοὶ, καταύτῳ οἰκησαί. Cae-
 terum formula ἐπ' ἔφεντιν αἰγαλοῖο, ad labra littoris,
 ad littus, usus est Apollon. etiam infra IV, 1300.

v. 179. De Taenaro, Laconiae promontorio,
 quod Schol. h. l. nominatum esse ostendit ἀπὸ Ται-
 νάρου, τοῦ Ποσειδῶνος, dictum est supra ad v. 102.
 Inde venit Εὐφῆμος, ita enim re ipsa postulante e
 codd. suis reposuit Brunckius, quemadmodum iam
 ante eum Burmannus in Cat. Argon. cum Simsono
 legendum esse viderat, cum olim in omnibus libris
 legeretur Πολύφημος, de quo tamen iam supra v.
 40. egerat Apollonius. Hic Euphemus nulli non
 nominatus eorum, qui de hac expeditione scripserunt,
 etiam Pind. Pyth. IV, 79. a quo vocatur νῖος ἵππαρ-
 κου Ποτειδάνων, ἄναξ τὸν ποτ' Εὐρώπην Τίτυον θυγάτερη

τίκτε Κρόισοῦ παρ' ὄχθαις, quem eius patrem praeter Orph. 203. Val. Flacc. I, 363. et Apollodorum, commemorat etiam poeta noster τὸν ἐπὶ Ποσειδάνῳ — Tityus autem erat Iouis et Elarae f., sed ab Homero Od. v. 225. vocatur γεννήτος νιός, ut λ. 575. Γαῖης ἐρυκητός νιός, quo quidem posteriori loco latius explicata leguntur verba Schol., οὐτος δὲ ἐπὶ σύδου τετρακένται, διὸ τὸ σελλομενην τὴν Δυτὰ εἰς Πυθῶνα κατασκῆν, conf. Apollod. I, 4. vbi vid. Heynius, et Hermann. Handb. d. Myth. P. I, p. 269. Caeterum fabulae Tityi partem aliquam transtulit Apollonius in descriptionem palii Iasonis infra v. 759. vbi vid. Schol. Huius filia erat Εὐφέμη: non illa a Ioue sub tauri specie rapta, quae erat Agenoris filia: ex qua suscepserat Neptunus Euphemum, clarum in primis celeritate pedum, quae tanta fuisse dicitur h. l., ut etiam in mari curreret: nec madefaceret pedes, τελος ἀντίκη καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖς — quos versus Virgilius expressit Aen. VII, 850. vbi de Camilla canit: Illa

mare per medium fluctu suspensa tumenti
ferret iter, celeres nec tingueret aequore plantas.
Eadem de equabus Erichthonii leguntur Iliad. v,
228 quos locos Brunckius iam attulit. Caeterum
Pind. Pyth. IV, 42. cum Apollon. IV, 1551. et
1731. tradit, hunc Euphemum ab Eurypylo acce-
pisse glebam terrae, ex qua in mare coniecta orta
fuerit Caliste insula.

v. 185. Post hos accesserunt filii Neptuni duo
alii: Ἐγγλοι, qui in Orph. 150. Val. Flacc. I, 415.
et Apollod. inter Argonautas refertur, a quibus

etiam Neptuni filius dicitur, sed Schol. eum Ποσειδῶνος ἀπόγονον nominat, et addit, Κλυμένου γαρ τοῦ Πητεῖον, καὶ Βουζίνος, τῆς Δύκεων, Apollod. vero II. 4, II. aperte distingue videtur utrumque, Erginus enim iste erat Μινών βασιλεὺς, adeoque Orchomeni habitabat, quod testatur etiam Anaglyphum, Farnesianum, cuius verba laudavit Heyn. ad Apollod. p. 324. Verum hic Erginus incolebat πτολεμαῖος ἀγρανοῦ Μιλήσιον, nam Miletus dicitur fuisse Apollinis ex Asia filius, Cretensis, qui a Minoe patria pulsus fugit Cariam, ibique condidit Miletum vid. Apollod. III, 1, 2. et ad eum locum Heynius p. 531. conf. praeter Schol. ad h. l. Ouid. Metam. IX, 446. et Burmann. Cat. Arg. in Erginus.

v. 187. Comitabatur eum alter Neptuni filius, Αγχάνος, non raro ab mythorum scriptoribus cum alio eiusdem nominis (de quo vid. v. 161.) permutatus, vid. Heyn. ad Apollod. p. 199. Commemoratur idem etiam ab Orph. 205. Val. Flacc. I, 413. conf. Schol. ad II, 868 Apolloderus autem eum omisit. Nominatur ὑπέρβιος, fortassis ob nimiam superbiam et seueritatem erga suos, nam Schol. ex Aristotele narrat, ὅτι φιλογένερες ἦν, καὶ φυτέων ἀπελῶνται, βαρεὺς ἐπέκειτο τοῖς οἰκεταῖς. unde etiam Neptuni filius dicebatur, eo enim nomine ferocissimos fuisse insignitos, docuit Heynius, V. C., ad Tibull. I, Eleg. 2, 40. Iam Παρθενία est Samus, de qua etiam Plin. H. N. V, 37. Samon, inquit, liberam — Parthenium primum appellatam, Aristoteles tradit; postea Dryusam — Amnes in ea Imbrasus etc. Schol. Ιμβρεῖος γαρ πο-

ταχιὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη Παρθένος, διὸ τὸ ἐπεὶ παρθένον οὐσαν τετράφθαι τὴν "Ηραν. καὶ Καλλίρραχος μείνενται vid. hymn. in Del. 48.) vid. idem ad II, 868 et 874. propterea Samos h. l. dicitur Ιμβροσίος ἔδος "Ηρας, id quod etiam confirmat locus Virg. Aen. I, 16. Caeterum vterque, Erginus et Ancaeus, excellebat nauigandi arte, ἵστος δὲ ἄμφω ἡμὲν ναυτιλίας — quod etiam appetet ex eo, quod mortuo Tiphyde Ancaeus recepit munus nauem gubernandi, vid. Apollon. d. l., qui v. 896. addit

τὸν δὲ μὲτ' Ἐργίνος, καὶ Ναύπλιος, Εὔφημος τε ὁρίουντ', ιδύγειν λειτουργόν. ἀλλ' ἀρχ τούσας τε στρατεύεται; Αγκαίῳ δὲ πολεῖς ἥντοσαν ἐταίρων.

In Orphicis v. 205. nauigandi peritia Ancae laudatur sic:

ὅς γε πορείας
οὐρανίας ἀστρῶν ἐδέξει, κύκλους τε πλανήτας.
δίζετο γὰρ τὰ τὸ ἐόντα, τὰ τὸ ἐπούμενα αὐθεώποισιν.
ἡδὲ ἄρεος, nam ipse Ancaeus II, 870. Iasonem alloquitur:

οὐ μὲν ἄρεος
ἴδειν ἐόντας μετὰ τοσοῦν οἴγει μετὰ καῖας Ἰήσουν,
Παρθένης αὐτάνευθε, οὗτον τὸ ἐπιτίσσομεν ηγάων.
v. 190. Oineidōς, Oeneus, Parthaonis (sive Porthei, vt Hom. eum appellat Iliad. ξ, 115.) filius, erat Calydonis rex, qui vitem accepisse traditur a Baccho, vid. Apollod. I, 8, 1. et Heyn. p. 114. sed cum aliquando omnibus diis, excepta Diana, sacra fecisset, haec ipsi irata aprum immisit eius agro, vid. Iliad. 1, 529. Apollod. 1.1. et ad eum Heyn. p. 117. Lucian. de sacrif. 1. vbi vid. interpretes.

Calydon autem erat vrbis Aetoliae, vid. Plin. H. N. IV, 3. antea Aeolis appellata, vid. Thucyd. III, 102. — 191. Μελέαγρος erat filius Oenei et Althaeae, cuius nomen nullus mythicorum omisit, clarus in primis ea de causa, quoniam vita eius erat titioni fatali obnoxia ab Pareis facta, vid. Apollod. 1 c. et quod ipse Calydonium apium interfecit; proprie ea etiam h. l. ornatur epitheto ἀλκητης, quemadmodum recte edidit Brunckius Pro vulg. ἀλκητης, quod omni sensu caret, vid. supra ad v. 71. apud Apollod. idem dicitur γεννητος. Hunc comitatus est Λαοκῶν, auunculus, cuius praeter Apollonium et Hyginum nullus fecit mentionem, neque Apollodorus inter Oenei filios eum recenset, haud dubie propterea, quod non susceptus erat a patre iusto ac legitimo matrimonio, ἀλλά εἰ θῆται γυνὴ τέκε, Schol. Θῆται, η δούλη. Αθηναῖος δὲ καὶ τὸ πανικόδει γυναῖκας θῆται λέγοντιν, ἀπὸ τοῦ θῆτεντι επὶ μεσθῶ, διὸ τὸ ἐνδεῆ τῆται επιτηδεῖων conf. Schol. Lucian. ad Iou. Trag. 10. sic Apollo apud Eurip. Alcest. 2, dicit se in aedibus Admeti θῆται τραχέταιν αἰνέσκι, qua eadem de re Homerus et alii vñi sunt verbo θῆτεντι, vnde Odyss. 8, 644. coniunguntur nomina θῆτές τε δημήτες. Addiderat autem Oeneus Meleagro filio Laocoontem comitem, vt ei esset κοσμήτας, dux, gubernator, quo quidem vocabulo Homerus plerumque usus reperitur de principibus populi, et ducibus, vnde Castor et Pollux Iliad. 7, 236 dicuntur κοσμήτορες λαῶν. Iam Meleager h. l. dicitur κονγζῶν h. e. iuuenis, qui primos pubertatis annos est ingressus, siue, vt III, 519. de eodem legitur οὐδέ περ ὅσσος

επαρθίωντος ιούλους ἀντέλλων. Schol. ad III, 666.
 χοντρόστικα γεγένοντα. sic Nestor apud Hom. Il. 8, 321.
 dicitur κοῦρος adhuc, cum Ereuthalionem interficeret.
 — Attamen iuuenis quoque erat tanta virtute orna-
 tus, ut praeter Herculem nemo futurus esset ὑπέρτε-
 ρος (*superior*, *praestantior*, dicitur enim ὑπέρτερος,
 quisquis in aliquo genere alios antecellit, siue in
 bonam partem ut Iliad. o, 491. siue in malam vid.
 Eurip. Hippol. 534.) εἰ καὶ τε μοῦνον αὐτὸν (apud patrem)
 μένων — quae quidem spes de iuene concepta adeo
 non fuit falsa, ut etiam infra III, 518 numeretur
 inter eos, qui pugnam cum Aeete erant inituri, si
 Iason ipse eam subire nollet. Caeterum Λυκάοντα
 Schol. ad II, 1123, explicat per ἄναιτον, οἷοντες λυ-
 καῖοντα, επὶ μετὰ λύγη βαῖνει, sed Macrob. Saturn.
 I, 17. p. 292, Vol. I. Bip. Λυκάοντα appellasse con-
 tendit Graecos τὸν ἀπὸ τοῦ λύκου, id est, sole, βανδό-
 νειον καὶ μετρούμενον.

v. 199. "Ιφικλος Θεσσαλῶν, quem omnes omnino Argonauticorum scriptores nominant, erat Meleagri μῆτερς, nam teste Schol. Ἀλθαία καὶ Ιφικλος ἀδελφοί, quod ipsum affirmat Apollod. I, 7, 13. et Orph. qui v. 159. eum dicit σύγγονον Ἀλθαίας. Hic celebratur potissimum eo, quod εἰ μὲν ἀκοντι (narratur enim primus vulnerasse aprum Calydonium vid. Apollod. I, 8, 3) εὖ δὲ καὶ εἰ σταδίη — nam στα-
 δίη ποσχή, siue σταδίη βομβίη Iliad. v, 314. est pugna
 statoria, ubi vir viro confert manus et cominus pu-
 gnatur. Caeterum in Orphicis Iphiclus appellatur
 etiam Meleagri magister,

περὶ δὲ αὐτὸν τίνει ἔξοχα πάγιαν
εὐεῖδη Μελεκυρού, οὐδὲν δέ γε ἐδίδασκεν.

v. 202. Παλαιμόνιος, ab Apollodoro vocatur Παλαιμόνιον, Ἡφαίστου, ή Αιταλοῦ sed in Orph. 208. non minus, quam apud nostrum appellatur Παλαιμόνιος, Λέρου νόθος νιὸς, nomen enim νόθος explicatur verbis Apollonii Λέρου ἐπικλητιν., γένεν γε μὲν Ἡφαίστοιο, haud dubie Lernus illé, Palaemonii pater, fuit aut omnino homo obscurus et ignobilis, aut illis certe temporibus parum notus, propterea filius ipsius, ob vitium aliquod corporis, quo affectus esse dicebatur Vulcanus ab Homero aliisque poetis, fingebatur huius dei filius, id quod docent etiam verba τούνεται ἐν πόδε σφιλος, Schol. ἀντὶ τοῦ κεκακαμένος, οἱ δὲ τὸν κακόποδα καὶ ἐπιμωρητὸν ἀπέδοσαν σφιλος δὲ ὁ μῦμος. vid. etiam Brunkius ad h. l. qui recte videbatur restituisse poetae πόδε, cum male olim legeretur πόδε, Vulcanus enim ἀμφιγυῆς nominari solet. Caeterum etiam Orpheus hac in re consentiebat cum Apollonio, canit enim,

σίνετο δὲ σφιρὰ δισσὰ, πόδες δὲ οὐκ ἦν ἀργεώς.

τούνεκεν Ἡφαίστοιο γόνον καλόσκον ἄπαντες.

Lernus autem ille erat Ολένιος, Olenus enim h. l. est urbs Aetoliae, cuius mentionem facit quoque Hom. Il. 8, 639. quem locum citavit Schol., qui tamen "Ολένοι, inquit. τῆς Αχαΐας δύο, male, aperte enim commiscet Olenum Aetoliae et Achiae, cuius Plin. quoque meminit H. N. IV, 6. Quamquam autem hoc vitio laborabat Palaemonius, tamen illud non impediebat, quo minus ipse fortitudine exeleret, reliquorumque membrorum pulchritudine,

ἀταρές δέκας οὐχ ἔ τις διότασθαι, vituperare, quae est forma huius verbi Homericus, vid. Iliad. v, 287. e, 173. In verbis sequentibus ὁ καὶ μεταργήμενος — fateor me prorsus non intelligere vim vocis πάσιν, quae sic admodum friget, propterea etiam adnumerabatur OMNIBVS heroibus, fortassis ortum est ex τοῖσιν.

v. 207. 'Ex δ' ἔργο Φωκίων. Phocis erat regio inter Boeotiam Aetolianique sita. quae apud Plin. IV, 4. Cirrhaei Phocidis campi vocatur. Schol. Thucyd ad I, 13. Φωκίς, οἱ τῆς Ἑλλάδος, απὸ Φωκίδος πόλεως, nomen accepisse fertur απὸ Φωκού τοῦ Αἰακοῦ, de quo supra egimus ad v. 91. Ibi regnabat Ἰφίτος, qui etiam ab Orph. 144. et Apollodoro (apud quem Heynius V. C. correxit vitiosum illud Ἰγίτος in Ἰφίτος) dicitur Nauboli f., qui ut distingueretur a Naubolo, Lerni f., dicitur Ὀρνυτῶν, (sic enim in Brunckii codd. legebatur hoc nomen, quod vulgo effertur Ὀρνιτῶν) de quo Ornyto sive Ornitione vid. Burmann. Cat. Arg. *Iphitus*. ζεύς δὲ οἱ (Iphito) ἵσκε (Iason) παρούσει, ήτος ἐβη — qua de re egit noster infra v. 301. 360. 412. conf. Pindar. Pyth IV, 337. Πυθώ sive ut ab Homero vocari solet Πυθών (vid. Ill. Heynius ad Apollod. p. 44. et Schlüchtorst. Geogr. Hom. p. 71.) fuit Phocidis vībs nobilitissima, posterioribus temporibus *Delphi* dicta, unde apud Tibull. II, Eleg. 3, 27. est *Delphica Pytho*. vid. interpr., vbi erat oraculum Apollinis celeberrimum, propterea etiam Apollo, in Orph. v. 1. nominatur ἄναξ Πυθώνος πεδίων. Iam Schol. ad h. l. duplēm tradit huius nominis etymologiam; η δὲ

Πυθω, πόλις Φανθός, ἔνθα τὸ μαγετέον. ἐπεὶ τοῦ πυρ-
θάνεται τῶν μαντείων οὕτα κλησίσσων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ
σεσῆφθαι τὸν ὥσπερντα, serpentem scilicet, qui Apol-
lineum cum Delphis oraculum instituere vellet, non
admittebat ad χάρακα, vid. Apollod. I, 4, 1. Cal-
lim. in Apoll. 100. vnde etiam in hymn. Orph.
XXIII, appellatur Πυθωτόνος.

v. 211. Ζῆτης, (sic enim hoc nomen a' plerisque
effertur, fuerunt tamen qui scriberent Ζῆθος, Zethus
vid. Fischerūm, V. Celeb., ad Palaeph. fab. 23,
4.) δ' αὐτὸν Καλαΐς τε Βορέιος νῆσος — Boreas enim, teste
Schol., erat Strymonis f., Thraciae rex, conf. Fisch.
Ind. Palaeph., vnde etiam infra v. 1300. dicitur
Θρηνίος Βορέας, v. Burn. Cat. A. in Calais, apud
Pind. Pyth. IV, 323. est βασιλεὺς δύμαν. Hic
vtrumque genuit cum Orithya, quam etiam Orpheus
v. 217. Apollod. III, 14, 2. Val. Flacc. I, 468
matrem eorum tradunt. Fuit haec Orithya filia
Erechthei, Atticae regis, cuius progeniem recenset
Schol. ad h. l., vbi pro Κίνεστος legendum esse Ερεχ-
θίων, et Χθονίαν retrahi debere ad Procridem, docuit
Heyn. ad Apollod. p. 847. Peperit Orithya hos filios
ἐσχατιής Θέρης δυσκειρίου, et ἐσχατιὰ quidem
secundum etymologiam est locus alicuius terrae in
finibus situs, sic Schol. Aeschinis, cuius verba pro-
tulit Hemsterhus. ad Lucian. Timon. 30. ἐσχατιὰ,
inquit, εἰς τόποις ἐσχατοῖς τῆς χώρας περιπούμενοι ἢ εἰς
ὅρη, ἢ εἰς θάλασσαν. τὰ ἐπὶ τοῦ τέρματος τῶν δύμαν
ἐσχατιὰ ἐκαλοῦντο, vbi idem Hemsterh. docuit, hoc
verbum usurpari etiam de locis remotioribus mari
montibusque proximis, qui quidem significatus

quin etiam h. l. valest, dubitari non potest, nam in sequentibus Boreas narratur amicam deduxisse ad promontorium Sarpedonium. Caeterum Thracia dicitur θύεφέρερος, propter nimiam ventorum vim atque procellarum, quae eadem in Orph. 1370. dicitur χιονίδης, ut apud Horat. III. Od. 25, 10 *candida niue* — 212. ἔνθ' ἄγας τάνυς Θε. Bog. ἀνεργίψατο, ita enim Brunck. edidit, codd. auctoritate, pro vulgari ἀνεργίψατο, quod nullo modo ferri potest, cum ipsa orationis series illud respiciat, omissum est augmentum, quod etiam ab Homero fieri, metro iubente, non raro solet. Est autem ἀνεργίπτοσθαι proprie quidem magna cupiditate aliquid appetere, ut apud Orph. 288. Iason commilitonibus dicit, ξυρὸν ανεργίψαθε πόλων πλέος, ubi vid. Gesn. Ind., deinde vero omnino est rapere, ut h. l. et II, 503. conf. Hesiod. Theog. 990. Odyss. 8, 727. — 215. Ἰλιοῦ πρωπόροις. Ilissus est Atticae fluuius prope Athenas fluens. In mytho autem hoc narrando Apollonium fecuti sunt Plat. in Phaedr. p. 284. Bipont. Apollod. l. d. et, quamquam paulo obscurius, Orpheus, etiam Dionysius Perieg. 422. cuius locum adscripsit Brunckius in append. ad hunc versum. Sunt tamen, qui aliunde raptam Orithyam tradunt, de quibus vid. praeter Platonem l. l. et Schol. ad h. l. Heynius ad Apollod. p. 853. — 216. Σαρπηδονίνη πέτρην, Schol. πόλις τῆς Αττικῆς, ἀπὸ Σαρπηδόντος τοῦ τῆς Θεάκης βασιλέως, ἀδελφοῦ Πόλτυος (de quo vid. Apollod. II, 5, 9) τὰ δὲ ἐφεξῆς προσέθηκεν, εἰπεὶ καὶ ἵτερα δοτὶ Σαρπηδονίᾳ πέτρα τῆς Κιλικίας, sed corrupta sunt haud dubie verba πόλις τῆς

Atticis et ex superioribus corrigenda, nam Sarpedonium est promontorium Thraciae in supra Chersoneso situm, vnde Apollonius nominat πτερην Σαρ-
πεδονίου, ut vero distingueretur hoc promontorium
ab alio Ciliciae promontorio (cuius meminit etiam
Liu. XXXVIII, 38.) addit, ποταμού παρά έσσον Ερ-
γίων — 218. λυγάστοις περὶ νεφέστοις καλύψας, ut
pote deus ventorum, sic enim in re simili Iupiter II.
3, 350, et alii. — 219 Redit nunc oratio ad Zeten
atque Calain τῷ μὲν ἐπ' αἰχοτάτοις — nam etiam
Pind. d. l. eosdem nominat ἀιδέκας πτεροῖσιν νῶτα πε-
φίκοτος ἄρθρα πορφυρέοις, apud Apollod. III, 15,
2. dicuntur πτερωτοί, Ouid. quoque Metam. VI,
717. dicit,

mox pariter ritu pennae coepere volucrum
cingere vtrunque latris

sed Apollonius alas addit h. l. maleolis pedum, ἐπ'
αἰχοτάτοις ποδῶν, quod Schol. explicat τοὺς σφυροῖς,
ἢ τοὺς ἀστραγάλοις, easque nominat πτέρυγας ἔφεντας,
horribiles, Schol. ἡτοι κατὰ συκοπὴν ἔφεντας τοῦτο
ἔστι, καταληπτικάς, σκοτεινὰς κυρίως, ἐξ οὐ, μελαίνας,
sic Homerus quoque dixit αἰγίδα ἔφεντή II, 8, 167.
Hae alae distinctae erant plumis aureis, χειρίσιαις
φολίδισσι διανγέας; φολίδις enim per se quidem sunt
squamae serpentum, aliorumque animalium, vid.
IV, 144. Orph. 927. Lucian. Encom. Musc. 3., sed
h. l. Schol. φολίδισσι interpretatur ταῖς στίχεσι, τοῖς
ποικίλμασι τῶν πτερῶν. Caeterum κνέντεις δονέοντο μετὰ
πνοῆσιν ἔθεισαν, est nigri capilli agitabantur ab ventis,
δονῆσθαι enim est agitari, commoueri, vid. Aristoph.
Auibb. 1183. et ad eum locum Celeb. Beck., dici-

tur fere de fluctibus maris vento agitatis v. III, 1293.
 Schol Theocr, Id. VII, 135. δονέοντο, ὑποθου πιεύ-
 ματος ἐκλογοῦντο, ἐκινοῦντο. Iam Apollon. II, 282,
 tradit, hos Boreae filios Harpyias Phinei cibos deuo-
 rantes abegisse, quam fabulam etiam alii attigerunt,
 quorum locos collegit Fischerus, V. C. ad Palaeph.
 fab. 23, atque, cum Iason reuerti vellet repetiturus
 Herculem relictum, hos maxime eum retinuisse at-
 que ab instituto abstinere iussisse, Herculem vero
 postea eos ad Tenum insulam interemisse vid. I,
 1300 conf. Heyn, ad Apollod. p. 855.

v. 225. οὐδὲ μὲν οὐδ' — adhibet nunc quoque
 poeta has particulas, tamquam in re admodum mi-
 randa, quod, cum constaret, Peliam, patrem,
 misisse Iasonem in hanc expeditionem eo consilio,
 ut vel in ipso itinere periret, vel occideretur a Col-
 chis, tamen filius socium se iungeretheroibus. "Ακασ-
 τος, Peliae et Anaxibiae siue Philomaches s. vid.
 Apollod. I, 9, 10 et Heyn. p. 156. Hunc omnes
 Argonauticorum scriptores huius expeditionis socium
 faciunt, etiam Apollodorus et Orpheus, quod ta-
 men negabat Burmannus. Verba eius sunt:

αὐταρ δὴ Πελίαο Φεραπόθεν ἡλυτὸν ἔχακτος
 ἀγχιστεὺς, νηὸς γὰς ἐπ' Αργαῖας γεγένητο
 "Αξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἀρεὶ ἡγάσσονται ελάσσοναι,

vbi alii ἔχακτος mutant in "Ακαστος, alii ἀγχιστεὺς
 vertunt filius, quae ratio maxime videbatur probanda,
 omnes in eo consentiunt Acasti mentionem hic esse
 necessariam v. Gesn. ad Orph. v. 221 et Burmann.
 Cat, Arg. in Anchisteus. Iam non tantum Apollon.

infra v. 323. tradit, hunc Acastum venisse comitem itineris πατέρεν ρόον Πελίαο, sed etiam Val. Flacc. I, 161. docet, eum ab Iasone demum excitatum, gloriae cupiditate incensum accessisse reliquis. Ceterum quemadmodum μεγάλειν h. l. nihil aliud est, quam voluit, adeo ut non sit quaerenda in hoc vocabulo emphasis, ita lectionem librorum omnium prauam πατέρος ἕνος, recte videtur Brunckius mutasse in π. ἑτοί, nam ἕνος est a nomine ἕνος h. e. interprete Suida συγθός, quod hoc quidem l. ferri vix potest, sed ἑτοί πατέρος est sui patris, vid. omnino Brunck. ad h. l.

v. 226. Similiter etiam Ἀγεός fertur inuito Peilia accessisse, qui v. 323. dicitur Αγετρογόνος, ut supra v. 112. Sed multae turbae reperiuntur esse in huius Argi genealogia, quas expedire conatus est Burmannus C. A. in h. v., sed dubito an umquam expediri in tanto scriptorum antiquissimorum dissenſu possint. Nam alii hunc Argum Phryxi f. fuisse contendunt, in quibus est etiam Apollodorus, ad cuius locum tamen Heynus p. 176. dubitabat, an verba τὸν Φρύξου essent ab eo profecta, etiam Pherecydes apud Schol. Apollon. I, 3. Alii cu n Apollonio Areſtoris f. nominant, qui ab Asclepiade (vid. Apollod. II, 1, 3.) et Ouid. Metam. I, 625 vocatur Ius custos, alii Polybi, alii Dani. Si conjecturarum ope confici haec res posset, puta rem, Argum nostrum esse eundem, qui Πανόπτης dicebatur, Agenoris filius, cuius mentionem facit Apollod. d. l. nam, ut mihi quidem videbatur, dictus est πανόπτης, et in toto corpore oculos habuisse,

propter singularem atque istis certe temporibus non facile obuiam sapientiam atque peritiam, quae fecit, ut etiam Mineruae consiliis nauem, qua Argonautae vecti sunt, struxisse ferretur, deinde Apollonius infra v. 324. dicit,

*δέρμα δ' οὐ μὲν ταύγετο ποδηνεκὲς ἀμφέφετ' ὡμονοῦ
quod praeclare cadit in Agenoris filium, de quo ista
tradit Apollodorus II, 1, 2. ὑπερβάλλων δὲ δυνάμει,
τὸν μὲν τὴν Ἀργεδίαν λυριστινόρενον ταῦγον ἀνελῶν, τὴν
τούτου δορὰν ἡμφίσσετο. Sed numquam fieri poterit,
ut mythorum scriptores redigantur in concordiam.
Caeterum in Orph. v. 265. 604. huius Argi sit men-
tio, quis autem fuerit, plane non dicitur.*

v. 228. *τόσσος ἀγ' Αἰσ. συμμήνοτες* — h. e. qui
eum consilio atque factis adiuwarent. Hos autem
accola appellasse dicuntur *Minyas*, propterea, quod
plerique erant ex Minya filiabus oriundi. *Minyas*
enim erat Neptuui et Chrysogones, Almi filiae,
filius, Orchomeni rex. Addamus notam interpre-
tis graeci, haec poetae verba explicantis sic: 'Ητοίνες
δὲ τῆς Δαναοῦ καὶ Διὸς γίνεται Ὁρχομενός. οὐφ' οὐ καὶ
ἡ πόλις Ὁρχομενὸς καλεῖται. (quae ὄμορος Θηβαῖος
Schol. ad III, 1093. auctore, a Minya condita est
conf. Ill. Heyn. ad Apollod. p. 143.) Ὁρχομενοῦ δὲ
καὶ Ἐρμίπην τῆς Βοιωτοῦ γίνεται *Minyas* ἐπίκλητον,
φύσει δὲ Ποσειδῶνος, (etiam in loco altero Schol. Ποσει-
δῶν dicitur pater, mater vero Χειτογύρη ή "Αλμον")
οὐφ' οὐ δὲ λαὸς *Minyas* ἐκλαθηται (vid Heyn. ad Apol-
lod. p. 178) Ἐκ δὲ *Minyas* καὶ Κλυτοδάρχες γίνεται Πρέσ-
βει (qui ab Epimenide dictus est Phixi filius, ut
monet Schol. II, 1125.) καὶ Περικλυμένη (Pheretis

vxor, vid. Heynius ad Apollod. p. 169. eius filius erat Admetus vid. supra ad v. 49.) καὶ Ἐτσοκλυμένη.
 ἐκ δὲ Φανοσύρεας τῆς Πάτερος καὶ Μινύου πόλιν Ὀρχομενὸς καὶ Διοχθάνδης καὶ Ἀθάμας (diuersus ab altero illo Athamante Aeoli filio, de quo vid. argument. carm. Apollon. et Heyn. ad Apollod. p. 134) —
 232. ὡς δὲ καὶ αὐτὸν Ἰάσονα — qui erat Aesonis filius, de quo non dubitatur, et ipse Iason II, 1163 se appellat Κηφήνος νιανὸν, et III, 357. Αἴσονος νιον — Κηφήδησο, unde etiam ab Apollonio et aliis Αἰσονίδης fere semper appellatur. Mater ipsius erat Αλκιμέδη, quae appellatur h. l. Κλυμένη Μινυῆδος ἐκγεγαντε, sed Pherecydes apud Schol. Phylaci filiam dicit, quocum consentit ipse Apollon. supra v. 49. Huius filius dicitur unicus, v. 287. sed Schol. ἔτιχε γυνὴ, inquit, καὶ ἀδελφὴν Ἰάσωνα, Ἰπποδάτην, ὡς φοιτην "Ιπποκός, et ipse Apollon. v. 326. commémorat καστιγνήτην Πελόπειαν. ab aliis Iasonis mater dicitur Polymede v. Apollod. I, 9, 16. sive Polymele vid. Heyn. ad Apollod. p. 173. Reliqua, quae ad Iasonem pertinent, attigimus iam supra ad v. 8.

Praeter hos Colchicae expeditionis socios in carmine hoc Apollonii adduntur et alii, quos brevissime hic liceat commemorare. Etenim cum Argonautae appulissent ad Mariandynorum terram, benigne a Lyco et ciuibus excipiuntur, qui iam acceperant famam de Amyci, hostis eorum infensissimi, morte, atque tum rex discessuros rogat, velint *Dascylum*, filium, ipsos comitari iubere, sic enim sperare se, fore, ut, quoconque appellerent, sem-

per benevolentiam incolarum et hospitalitatem experientur vid. II, 752. Orph. 716. Apollod. I, 9, 23. Inde profecti cum venissent Sinopen, *Deilon*, *Autolycus*, et *Phlogius*, Triccae filii, Deimachus nepotes se coetui eorum immiscuerunt II, 946. Denique II, 1094. in insula Aretiade *Cytisorus*, Phrontes, Melas et Argus, Phrixus filii, qui naufragium fecerant ad istam insulam, Colchida cum iis reuersi traduntur.

Errata:

- | | |
|-------|---|
| p. 2 | v. 27 ἐνοπή l. ἐνοπῆ |
| p. 3 | v. 33 χείρων l. Χειρῶν, in cuius utaliorum nominum priorum scriptura multis in locis peccarunt operaे |
| p. 8 | v. 137 Ἀμοράνη l. Ἀμυράνη |
| p. 9 | v. 148 Τυδαρέσιο l. Τυνδαρέσιο
v. 154 ἐκέκαστος l. ἐκέκαστο |
| p. II | v. 181 Τιτυστο l. Τιτυστό |
| p. 15 | l. 19 II. 2 l. II. : |
| p. 22 | l. 6 πολιχὸν l. δολιχὸν |
| p. 23 | l. 28 secuti l. secuta |
| p. 24 | l. vlt. II. V l. II. v |
| p. 25 | l. 21 in h. o. l. in h. v. |
| p. 32 | l. 16 Πελασγ. l. Πελασγ. |
| p. 33 | l. 20 comparauerat l. comparauerant |
| p. 38 | leg. Συνιάδος, Συνιάς etc. |
| p. 50 | l. 3 verba, h. e. caecas — 78. parenthesi includenda sunt
l. 11 Πειρεδόν l. Πειρεδώ |
| p. 54 | l. 18 Arathyream l. Araethyream |
| p. 61 | l. 19 ἀγκᾶν, l. ἀγκᾶν' |

Reliqua, in primis quae ad male positos aut plane omissos accentus pertinent, benevolus lector facile emendabit.

Oe 1122

X 2344844

ms.



APOLLONII RHODII
CATALOGVS

ARGONAVTARVM

COMMENTARIO PERPETVO

ILLVSTRAVIT

ERNESTVS FRIEDERICVS KRAVSE

A. A. L. L. M.

H A L A E

EXCVDEBAT J O H. GODOFREDVS RVFF

MDCCXCVIII.